tacōem celestiū habet̄. cōuenit eni g̃nale illi q̄ nec
dū ascēdit de virtute in virtutez. s; adhuc in cōualle
posit⁹ lacrimar̄. iā tamē ascēsiōes in corde disposuit
Rectius ergo faciūt q̄ g̃duale nō fectiuis ⁊ modu-
latis vocibz offerūt. s; q̄i cātū grauē et asperū simpli-
citer pocius ⁊ lamētabiliter canūt. tn̄ r̄nsoriū p̄ q̄d ⁊
p̄dicacō noui. t. figurat̄. alci⁹ lectōem ⁊ ep̄la q̄ sig̃-
ficāt p̄dicacōez veteris. t. canit̄. vt si quis forte au-
ribz obturatis. dep̄ssa ammoicōne veteris testa. non
excitat̄. saltē excelsa modulacōe noui demulceatur
Ver̄ tn̄ ⁊ lector ⁊ cātor officiū suū impleturi ⁊ g̃dū
ascendūt. q̄z doctor p̄fectōne vite vulgū trāscēdere
debz. Potest etiā dici q̄p p̄ ep̄laz iohānis. p̄ g̃duale
ap̄lor̄ p̄dicacō intelligit̄. p̄ alleluia deuocō ⁊ leticia
Rursus p̄ lectōem vet⁹. p̄ cātū. nouū intelligit̄. t.
sic ergo cāt⁹ suauior ē lectōe. sic nouū testamētum
suaui⁹ ē veteri. Scd̄o dr̄ g̃duale a gradibz altaris.
sic ⁊ alleluia cātat̄. ad notādū p̄missos virtutū g̃d⁹
In p̄festis vēo diebz in medio chori añ gradus al-
taris cātat̄. ad sig̃ficādū q̄p in corde q̄d ē in medio
corpis. p̄missos g̃dus fundare debem⁹. Tercio dr̄
graduale. q̄m ap̄li p⁹ dn̄m g̃diebātur vt iam dicet̄.

Rn̄soriū vero dr̄. q̄z versui vel ep̄le corr̄ndē debz
vt si in ep̄la agat̄ de gaudio. ⁊ in r̄nsorio similiter.
si ibi de tristicia ⁊ hic similit̄. ne possit nob̄ improp̄cā-
ri. q̄d dn̄s dicit. Cātaui⁹ vobis. ⁊ nō saltastis. lamē-
taui⁹ et nō plorastis. Vn̄ ap̄lus. Gaudē cū gau-
dētibz. et flere cum flētibz. Dicit̄ etiā r̄nsoriū q̄z choro
r̄ndēte illud incipiētibz cātat̄. p̄pter q̄d sig̃ficat vi-
tam actiuā. in q̄ sc̄i se adinuicē hortāt̄. vt ad et̄nā
p̄ueniāt vitā. Potest tamē r̄nsoriu ad r̄nsiōz ap̄lor̄
referri. q̄m xp̄o vocāte ⁊ dicēte. venite post me ip̄i
nō tm̄ verbo. s; op̄e r̄nderūt. q̄z relictis om̄ibz secuti
sūt eū. et gradiebāt post dn̄m discip̄uli post magistr̄
de hoc dicet̄ in p̄hemio q̄nte p̄tis. Sig̃ficat autē
graduale seu r̄nsoriū laborantes in hac vita. ⁊ ideo
nō dr̄ infra octauas pasche ⁊ pēthecosten. p̄ q̄s octa-
ue nostre resurrectōnis desig̃nt̄. q̄n om̄is laboris ex-
pertes erim⁹. Asterget de⁹ om̄em lacrimā ab oculis
sc̄or̄ suor̄. Itaq; in graduale semīnam⁹. in alleluia

metemꝰ. Versus rn̄sorij sic vocat᷑. qm̄ de eo fit reũ-
sio ad ip̄m rn̄soriũ. ꝓut sb̄ ti. de alleluia dicet᷑. Rur-
sus graduale bonũ opꝰ et vitã p̄ntẽ in qua seminaꝰ
⁊ a dn̄o peregrinam̄ sig̃ficat. Versus vero adiutoriũ
designat. versus ergo post g̃duale cantitur. q̄ ad-
iutoriũ nobis est necessariũ. q̄ȝ diu in hoc ergasculo
detinem̄. Graduale plane incipit᷑. ne nimis versus
ascẽdat. in quo designãt᷑ qui religionẽ ꝓpter eius au-
steritatẽ ingredi metuũt. Versus vero alte in quo
designãt᷑ qui ieiunãdo orãdo ⁊ alia bona faciẽdo ascen-
dũt nõ timẽtes carnẽ quã cũ vicijs et ꝯcupiscẽtijs
mortificãt. Ad hec quãq; vnꝰ solus vsũ cãtat admo-
nẽdum q̄ quisq; secũ fragilitatẽ suã tractet. ⁊ q̄ȝ quã
gradũ timore versus alte nõ inchoet᷑. In quo etiaȝ
sig̃ficãt᷑ hij q̄ ꝯsideracõne ꝓprie fragilitatis. q̄cquid
agũt humilius agũt. finito tamẽ versu. vox fiducialit᷑
exaltat᷑. in quo designat᷑ q̄ de mi̾sicordia dei confisi
fiducialiter oĩ sue actõni insistũt. Cãtat᷑ aũt g̃duale
a ꝑfectis ꝓut in ti. sequẽti dicet᷑. Porro rn̄sorium q̄
in missa cãtat᷑. nec ꝑfecte nec impfecte repetit᷑ nec
enim glia p̄ri s̄bicit᷑. q̄ tñ in rn̄sorio aliaꝝ fit horaꝝ
Circa q̄d attẽdẽdũ ẽ. q̄ alie canonice hore institute
sũt ad referẽdũ deo laudes ꝓ diuersis bn̄ficijs in illis
horis ab eo receptis. hinc est q̄ lectõ in illis p̄mo dr̄
in q̄ bn̄ficiũ vel ps eius in illa hora datũ designatur.
Postea cãtat᷑ rn̄soriũ in quo laus bn̄ficiõ corrn̄det q̄
ergo laus repeti debȝ. Iux̄ illd̄ apli. Gaudete in dn̄o
iteꝝ dico gaudete. i. laudẽ deo dicite. ideo huiusmõi
rn̄soriũ repetit᷑. sȝ ⁊ q̄ quis bn̄factori suo tenet᷑. deo
vero nichil aliud possumꝰ nisi gliaȝ ⁊ honorẽ offerre
ideo in fine rn̄sp̄osorij et cuiuscũq; nocturni nisi in
lectõibȝ aliqd̄ bn̄ficiũ totũ vel ps eius ẽ repetitum.
referimꝰ gl̄am et gr̄am trinitati. Rn̄soriũ aut q̄d in
missa cãtat᷑ gr̄am designat vt p̄missum ẽ. Rn̄sionẽ
aploꝝ xp̄o eos vocãte oĩa reliquẽtiũ. q̄ g̃ illi nichil
retinuerũt. ꝓ quo iteꝝ eos vocari oportet. ideo rn̄so-
riũ illd̄ nullomõ repetit᷑. licet nec cũ gl̄a patri finit᷑
q̄ nõ ad gl̄aȝ sȝ ad luctũ vocati sũt dicẽte dn̄o in luc̃
sic misit me pater ⁊ ego mitto vos. Et nota q̄ greg̃
ambros̄ ⁊ gelasius. cõposuerũt g̃dualia tractꝰ ⁊ all̄a
⁊ ea ad missaȝ cãtai statuert. Ceteꝝ quãq; solũ rn̄so-
riũ cãtat᷑ in missa. quãq; solũ all̄a. quãq; rn̄soriũ cũ all̄a
quãdoq; cũ tr̄ctu. quãq; alleluia cũ tractu. de quo dicet᷑
in. vj. pte sb̄ ti. de septẽ diebȝ pꝰ pasaha. De all̄a

Quia post luctũ seq̄t᷑ consolacõ. Nã beati q̄
lugẽt. qm̄ ipi cõsolabũt᷑. ideo post g̃duale
cantat᷑ alleluia q̄d ẽ leticie cãticũ ⁊ auditũ
ab angelis decãtari. sic legit᷑ in apoc̃. Rursus q̄ ascẽ-
sus de virtute in virtutẽ quos p g̃duale diximꝰ sig̃-
ficari. sepe tediosi essent nisi gaudiũ haberẽt admix-
tum. sic filijs isrl̄ multa incõueniẽtia acciderũt qñ de
mãsione in mãsionẽ ꝓcesserũt. ideo post g̃duale cã-
tat᷑ all̄a. tob̃ penul̄. platee tue sternet᷑ auro mũdo et
cãdido. ⁊ in vicis eius cãtabit᷑ all̄a. Est aũt all̄a
laus ãgelica. sentẽcia q̄dem breuis. magnũ cõtinẽs
iubilũ. siue incitãs ad iubilum. Iubilat enim eccl̄ia
sciẽs q̄ gradis restat via vsq; ad mõtẽ dei oreb. q̄d
int̄pretat᷑ mẽsa. timẽs q̄ fideles obdormiãt in fide. et
faciãt vitulũ cõflatilem. i. lasciuiãt in tp̄alibȝ. Et est
all̄a hebraicũ nomẽ vocabulũ siq̄dem sig̃ficãs. pociꝰ
q̄ȝ exp̄mẽs inffabil̄e gaudiũ. ab hac vita peregrinũ.
gaudiũ videlȝ angeloꝝ ⁊ hominũ in eterna felicitate
etãciũ. q̄ nec oculꝰ vidit. nec auris audiuit. nec in

cor ho. ascẽ. Cuiꝰ verbi exposicõ scd̄ȝ innocẽciũ. iij.
ex. cẽtesimo duodecio psalmo. habet᷑ cui cũ all̄a p-
mittat᷑ in titulo statim psalmꝰ exponẽdo titulũ inci-
pit. Laudate pueri dn̄m. vñ scd̄m eũ all̄a int̄pretat᷑
laudate pueri dn̄m. Augꝰ vero sic exponit. al id ẽ
saluũ. le. id ẽ me. lu. id ẽ fac. ia id ẽ dn̄e. Ieronimꝰ
sic. alle. id ẽ cãtate. lu. id ẽ laudẽ. ia. id est ad dn̄m.
Gregor̄ sic. alle pater. lu filius. ia sp̄us scũs. vel. al-
le. id ẽ lux. lu id ẽ vita. ia. id ẽ salꝰ. Mgr̄ petrꝰ antisi-
odoreñ sic. al. id ẽ altissimꝰ. le. id ẽ leuatꝰ ẽ in cruce.
lu. id ẽ lugebãt apli. ia. id est iam surrexit. Petrus
mãducator dixit sup apoc̃ ⁊ augꝰ in glosa psalterij
q̄ alleluia verbũ ẽ impatiui modi ⁊ sonat. allelu. i.
laudate. ia id ẽ vniũsalẽ. vel ia. id ẽ inuisibilem scȝ
deũ. q̄ laus inuisibilis dei. ⁊ qm̄ all̄a future btitudis
q̄ ꝓpriũ ẽ vocabuliũ merito magis eo tp̄e id est pa-
schali freq̄ẽtat᷑ quo xp̄s reb̃gẽs eiusdẽ btitudinis
spẽ nobis tribuit ⁊ ꝓmissuȝ. ꝓut ibi dicet᷑. Qd̄ enĩ
alijs tp̄ibȝ canẽt᷑ ad missam olim eccl̄ie romane cõ-
suetudo nõ erat. sȝ a btõ gregor̄ cõstitutũ. ꝑmo pociꝰ
ꝯstitutũ ẽ. Nã cũ p̄us tp̄e damasi pp̄e fuisset eadem
ꝯsuetudo defecerat. Ieroꝰ dicit q̄ all̄a dicat᷑ in missa
tractũ ẽe de eccl̄ia iherosolimoꝝ. Cãnimꝰ igit᷑ all̄a
post g̃duale cãticũ vȝ leticie pꝰ luctũ penitẽtie sũmo
ope intẽtes exp̄mẽ magtudinẽ cõsolacõis. q̄ repo-
sita est lugẽtibȝ. Iux̄ illd̄. Beati qui lugẽt qm̄ ipi cõ-
solabũt᷑. Iubilãtes pocius q̄ȝ canẽtes vnãq; breuẽ
digni sermonis silbaȝ in plures neumas ꝓtrahimꝰ
vt iocundo auditu mens attonita repleatur et ra-
piatur illuc vbi semper erit vita sine morte. ⁊ dies
sine nocte. Est enim alleluia modicũ in sermone ⁊
multum in neuma. q̄ gaudiũ illd̄ maius ẽ qñ possit
explicai s̄mone. neuma enĩ seu iubilꝰ q̄ fit in fine ex-
p̄mit gaudiũ ⁊ amorẽ credẽtiũ ⁊ quãta leticia ⁊ laus
secuta fit. p fidẽ p̄dicacõe audita. Iux̄ illd̄. Audiuit
et letata ẽ syon ⁊c̃. Et in cãtic̃. Exaltabiꝰ ⁊ letabim̄
in te. Quid sit neuma. dicet᷑ in ꝓhemio q̄ite partis
Quãdo aũt dr̄. sequẽcia nõ dr̄ neuma pꝰ alleluia. ꝓut
sb̄ ti. de sequẽcia dicet᷑. Potest eciã all̄a ꝯferri ad ex-
ultacõeȝ eoꝝ. q̄ de miraclis xp̄i gaudebãt. laudãtes
dn̄m et dicẽtes. q̄ vidimꝰ hodie mirabilia. ⁊ quia
visitauit dn̄s plebẽ suã. tũc enim cãtabat᷑ in iubilo
alleluia q̄ oĩs plebs vt vidit dedit laudẽ deo ⁊ gau-
debat de vniũsis q̄ gliose fiebãt ab eo. Hinc est q̄ a
septũgesima vsq; ad pascha nõ cãtat᷑ all̄a. q̄ tẽpe
tristicie nõ debȝ decãtari carmẽ leticie. ꝓut ibi in ꝓ-
hemio sexte ptis dicet᷑. Porro q̄ all̄a interposito
versu repetit᷑. ⁊ sic bis in missa dr̄. designat et̄ne vite
gaudium. ⁊ q̄ interiecta leticia sancti geminã gli-
ficacõnis stolã accipiẽt anime vȝ ⁊ corpis. Nã scd̄m
stolã mentis seu anime. exultabũt sci in gl̄a. l. in c. s.
scd̄ȝ stolã carnis. fulgebũt ⁊ tãq; scintille in. a. d. De
hoc dicet᷑ in. vj. pte sub sabbato in albis. Versus
ergo nichil sinistꝝ aut triste. sȝ totũ iocũdum ⁊ dul-
ce debȝ sonaẽ. quales sũt illi. Dn̄s r̄gnauit decorem.
Dn̄s r̄gñuit exultet terra ⁊c̃. Iubilate deo ⁊c̃. Iustꝰ
vt palma floebit ⁊c̃. qm̄ absterget dn̄s oẽs lacĩmã
ab oculis scõꝝ. vt iã n. e. l. n. t. q. p. t. Versus quoq;
dr̄ a reuertẽdo. eo q̄ p eũ reuertim̄ ad alleluia. q̄pꝰ
alleluia sequit᷑. q̄ sig̃ficat opacõem q̄ laudi cõiũgi
debȝ q̄ nõ bene deũ laudat. q̄ bene opari cessat. Per
hoc vero q̄ alleluia cũ neuma repetit᷑. laus ⁊ gaudiũ
inffabil̄e p̄rie sig̃ficat᷑. In nõnullis eccl̄ijs alleluia

cātatͬ a pueris graduale a magnis vt noteͬ ꝙ ex ore infantiū deus ꝑfecit laudē. ⁊ ps. Laudate pueri dn̄m cuius psalmi titulꝰ ē alla. Illi enim q̄ pueri sūt laudi xp̄i ꝯuenīūt. fortes vero in fide. ⁊ in tollerādo aduersa. q̄ pugnare possunt ꝯtra amalechitas ḡduale debꝫ cantare. ¶ Circa hoc notādū est. ꝙ cātoꝝ alij sūt qui in choro cātus voce magna distribuūt. hij sūt rectores ecclesie qui deū laudāt. ⁊ alios verbo ⁊ exemplo ad laudandū inuitāt. Alij sunt pueri q̄ graduale in ḡdibꝫ cātāt. hij sūt actiui de virtute in virtutē in caritatis gradibꝫ ascendētes. q̄ dū graduale inchoant. alios ad ꝯpūctōeꝫ inuitāt. Dū versū ꝯcinūt ad se redeūtes suas cogitacōes accēdūt. ⁊ dum illū finiūt se bonū certamē certasse. ⁊ cursū insinuāt ꝯsūmasse. Alij sūt ꝑfecti viri qui in alijs eccl'ijs alla vel tractus in pulpitis ꝯcinūt. Hij sūt ꝯtēplatiui carnē affligētes ⁊ mētē excedētes quoꝝ ꝯuersatio est in celis. nō ē hic hoim ſꝫ āgeloꝝ. ¶ Sequēciā vero nō illi soli decātant. ſꝫ chori cōmūiter iubilāt. qm̄ iubilus eternus ⁊ ineffabilis āgelis erit cōmūs ⁊ hoībꝫ. Deberet etiā alla in ḡdibꝫ ⁊ versus orientem decātari ⁊ qm̄ vitam ꝯtēplatiuā sig̃ficat. debꝫ legi in altiori loco q̄ꝫ r̄n̄soriū ꝙ actiuā designat. ¶ Rursus in quibusdā eccl'ijs cātās alleluia sumit aliq̄d in manu. vt insinuet se deū nō solum voce. ſꝫ ⁊ ope collaudare. seu manus ducit. Iuxͣ ps. Oīes gētes plaudite m. m. ¶ In plerisqꝫ etiā eccl'ijs alla de trinitate cantant in dn̄icis diebꝫ scꝫ. bn̄dictꝰ vel qualis pr̄ vt fidē hylariter ꝑfitētes ad spem puemāt. ¶ Et attēde ꝙ alla dn̄icalia a pētecosten vsqꝫ ad aduētū sepe omittimꝰ qm̄ aliter ⁊ alit' in alijs ⁊ in alijs ḡdualibꝫ disponūtͬ. Ea igitͬ diligēs cātor attēdat ⁊ diligēter vniūsitatibꝫ officioꝝ assignet.

De tractu.

A Dn̄ica septūgesime vsqꝫ ad vigiliam pasche scꝫ in diebꝫ ⁊ officijs luctꝰ. qꝛ tūc canitur carmē leticie loco alleluia q̄d significat exultacōem habitā de spe eternoꝝ. dicūtͬ tractꝰ ex institucōe thelesphori ppē. Dicitͬ aūt tractꝰ a trahēdo qꝛ tractim ⁊ cū asꝑitate vocū ⁊ ꝓlixitate verboꝝ canitͬ eo ꝙ miseriā ⁊ laborem p̄n̄tis incolatꝰ insinuant de quo ps. Heu me qꝛ inco. m. ꝓ. ē. c. In tractibꝫ ei ꝯp̄ntatͬ longa scōꝝ patꝝ exspectacō. et iudeoꝝ captioꝝ meror ⁊ afflictō. q̄ tpe babilonice captiuitatis sedētes sup flumia babilonis. ⁊ flentes in salicibus sua organa suspenderūt. q̄d tēpꝰ eccl'ia ꝯp̄ntat a septugesima. cātica leticie ſbticēdo. et tractꝰ dicēdo Tātum autē interest. inter alla ⁊ tractū quātū inter leticiā et tribl'acōem. Itē tm̄ interest int' r̄n̄soriū cui oīes r̄n̄dēt ⁊ tractū cui nemo. quātū inter actiuā ⁊ ꝯtēplatiuā vitā. Est aūt tractus medius int' r̄n̄soriū ⁊ alla vt dicetͬ in sexͣ pte ſb ti. de septē diebꝫ pꝰ pascha. Porro tractus qꝛ gemitū ⁊ cātic̄ū lacrimabile exp̄mit lacrimas scōꝝ. siue in actiua. siue in ꝯtēplatiua vita ꝯp̄ntat. vn̄ tractus d̄r q̄ꝛ sci suspirātes ab ymo pectoris gemitū trahūt qꝛ licet spe gaudeāt vt mouet alla. tn̄ hic in valle lacrimaꝝ cōmorātes. hn̄t irriguū superius ⁊ inferius q̄d tractus misticat. gemit enim flebiliter ꝓ dilectōe sup̄ne beatitudinis ⁊ sup flumia babilonis sedētes. p̄rie sue memores. Item lacrimas fundūt ꝓ suis ⁊ alioꝝ excessibꝫ dū ex vicinitate babilonici fluuij seipos vidēt sepe asꝑsos ⁊ alios ꝑemitꝰ immersos ipius fluuij rapiditate ferri deorsū Sꝫ qꝛ hic ploratꝰ q̄nqꝫ ē respectu sup̄ni gaudij. q̄nqꝫ respectu nr̄e miserie. ideo tractꝰ simlr̄ q̄nꝫ ē de leticia ꝓ superiori irriguo vt de profundis ⁊ alijs huiusmōi De vtroqꝫ irriguo tractat gregorius in libro tercio dialogoꝝ. ca. xxxiiij. Et ē aduertendū qꝛ post duos tractus tribulacōis seq̄tͬ tractꝰ leticie ꝓut ſb dn̄ica septūgesime ⁊ dn̄icis seq̄ntibꝫ videri potest. et hoc ideo qꝛ pꝰ duos dies sepulture dn̄i occurrit t'cius resurrectionis. ¶ Rursus qꝛ gaudiū sanctoꝝ nō ē hic plenū ⁊ ꝯtinuū. ſꝫ sepe interrūpitͬ. Ideo eccl'ia q̄nqꝫ interponit tractū vt in tpe septuagesimali ⁊ cū in sabbato paschali post alla sequitͬ tractus. qꝛ hoc gaudiū nō expedit sine fletu. in sabbato tn̄ in albis duplicatur alla. qꝛ in et'na vita ꝑfectū erit gaudiū. glificata carne cū aīa. ⁊ ꝯpleta resurrectōe scōꝝ cū r̄surrectōe xp̄i

¶ Sane in dn̄ica septuagesime vsqꝫ ad quartā feriā cineꝝ dicūtͬ tractus solum in diebꝫ dn̄icis eo ꝙ ꝓplus tūc melius ꝯuenit in eccl'ia q̄ indiget edoceri qualiter captiuitatē diabolicā ꝑ babilonicā sig̃ficatā debꝫ deplorare. Tractꝰ enim tps babilonice captiuitatis rep̄ntāt. ſꝫ post dictā feriā q̄ est caput ieiunioꝝ magis frequētatͬ. qꝛ tūc magis ē tempus meroris ⁊ afflictōis. vtpote ordinatū ad excutiēdū iugū diabolice captiuitatis. ꝑ merorem ꝯtricōis et hūilitatē ꝯfessionis. atqꝫ asꝑitatē satisfactionis. q̄ p̄cipue in ieiunio vigeit. Sed ⁊ licet dn̄ica dies resurrectōem figuretͬ tn̄ in dn̄icis septuagesime cantica leticie ſbticētur. ⁊ tractꝰ dicūtur. qꝛ iudei toto septuagenario babilonice captiuitatis ꝯtinue afflicti fuerūt. ⁊ nos in istius vite septūgenario q̄ ꝑ septenariū ⁊ ꝑ ꝯsequēs ꝑ septūgenariū ducitͬ continue dolores ⁊ miserias exp̄imiͬ. donec ad octauā vere ⁊ ꝑfecte ⁊ nō figurate resurrectōis ꝑ xp̄i misericordiā veniamus. ¶ Postremo ꝯsiderandū est. ꝙ vsus sequētiaꝝ bini ⁊ bini ſb eodē cātu dicūtͬ. ꝙ ideo ꝯtingit qꝛ vt plurimū bini ꝑ richmos sub paribꝫ ꝯponūtͬ. ꝙ in versibꝫ tractuūꝫ nō repitͬ. q̄ ex sacra scriptura vt plurimū sumūtur. ideoqꝫ in tāto nequiūt ꝯbinari. ¶ Rursus illi sub vno cātu ꝯbinātͬ. ad notāduꝫ ꝙ exultacō vere caritatis in vno deo ꝑficitͬ. sequētia enim exultacōeꝫ. ꝯbinacō caritatē designat. Versus vero tractuū qꝛ merorē sig̃ficāt singularit' decātātͬ Iuxͣ illud ps. singl'arit' sū ego donec trāseam. Ier. Solus sedēbā qꝛ amaritudine plenꝰ erā. ¶ Non est etiaꝫ omittēdū. ꝙ licet r̄gulariter graduale vel alla immediate sequatͬ ep̄l'am ne nos musicus ille rep̄hendat dicēs. Cātauimꝰ ⁊ nō saltastis. lamētauimꝰ ⁊ nō planxistis. Alla enim cātatͬ pro saltacōe. ḡdale ꝓ planctu ſbiūgitͬ penitentie. hoc tn̄ fallit in sabbatis q̄tuor tēpoꝝ ⁊ in quarta ⁊ in sextis ferijs maioris ebdomade ⁊ in q̄bus tractus immediate sequitͬ ep̄l'am ⁊ hoc ideo qꝛ in illis diebꝫ musicꝰ ille nobis auferͬ Nā in dcā quarta feria venditͬ et in sexͣ crucifigitͬ. ꝙ in dcis sabbatis quo ad q̄d rep̄ntatͬ. et ideo ad maiorē luctū insinuādum tractꝰ in illis immediate ep̄l'am comitatͬ. Quod aūt tractus maiorem insinuet luctum q̄ꝫ graduale. ꝑ hoc innuitͬ. ꝙ nūq̄ꝫ cū alla cātatͬ nisi ob specialem causam in sabbato paschali.

De prosa seu sequentia.

Post alleluia ꝓsa seu sequēcia d̄r. ꝙ ē simlr̄ cātic̄ū exultacōis ad notādum geminā glorificacōis stolam quā sancti accipiēt. ꝓut iam p̄missum ē. ¶ Cātatur autē sequencia ab oīibꝫ simul in choro vt notetur ꝯcordia caritatis. talis enī laus deo placet. Vnde

Vn̄ in cãticis. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa mea in vno oculoꝝ tuoꝝ. ideo dicit in vno vt notet̃ cõcordia ⁊ volũtas vniformis. qꝛ laus sic facta est cibꝫ delicatissim⁹ deo. hec ē tunica illa inconsutilis quã deus nõ patit̃ scindi. de hoc dcm̄ est sb ti. de alleluia. ⁊ dicet̃ in ꝓhemio q̃rte ptis. vbi de an̄phonis agitur. Nocker⁹ abbas sci galli in teuthonia p̃mo seq̄ncias ꝓ neumis ipius allã cõposuit. ⁊ nicolaus ꝑpa ad missas cãtari cõcessit. Sed ⁊ hermãnus cõtract⁹ teuto nic⁹ inuẽtor astralabij cõposuit sequẽcias illas. Rex oı̄potẽs ⁊c̃. ⁊ Sci spũs ⁊c̃. ⁊ Aue maria. ⁊ an̄phonaꝫ Alma redẽptoris mater. ⁊ Symõ bariona. Petrus vero cõpostellan⁹ eps fecit illã. Salue regina. Quidã vero rex francie robertus noı̄e cõposuit sequẽtiã illã. veni scẽ spũs. ⁊ ymnũ. Chor⁹ noue ihrl̃m. Antiquit⁹ eni mos erat vt sꝑ alleluia cãtaret̃ cũ neuma ſꝫ postea dcũs papa instituit loco illius neume in p̃cipuis festitatibꝫ sequẽtias dici. Qn̄ ergo nõ dicit̃ allã nõ debꝫ sequẽcia dici. qm̄ loco neume eius dicit̃ ⁊ idẽ sig̃ficat ꝙ neuma scꝫ eterne vite gaudiũ et delicias q̃ nullo verbo exp̃mi possunt. ⁊ ideo ꝑ neuma q̄ ē vox nõ sig̃ficatiua intelligut̃. Et inde ē ꝙ q̄dã sequẽcie ãtique solẽt verba noua ⁊ incognita habere ⁊ inusitata. tũ qꝛ celi gaudiũ secretũ atqꝫ incognitũ mortlibꝫ ē. tũ qꝛ nob̄ incognit⁹ ē modus laudãdi deum in p̃ria. tũ qꝛ iubil⁹ cordis in p̄nti vita incognit⁹ ē ad plenũ. tũ qꝛ oı̄a noua sũt pulcẽtudie decorata Hodie vero sequẽcie cũ voce significatiua dicãtur. ad notãdũ ꝙ in illa magna festiuitate vite eterne iubil⁹ plene sciet̃. Sequẽcie v̄o et̃ne vite misticãt laudes Iux̃ illd̄. Bti qui habitãt in domo tua dn̄e ⁊c̃. Habꝫ verba laudiflua ⁊ dulcẽ atqꝫ suauẽ cãtum. qꝛ ibi oı̄a erũt plena laude ⁊ melodia celestis organi habũdabit dulciflua leticia. qꝛ sic letãciũ oı̄m habitacõ erit ibi. ¶ Rursus qm̄ laudes et̃nitatis vrbis hũanis plene nõ resonãt̃. ideo q̄daꝫ ecclie mistice neumatizant sequẽcias sine verbis. aut saltem aliq̄s versus eaꝝ. nulla eni erit significacõ verboꝝ necessaria vbi singloꝝ corda patebũt singulis intuentibꝫ librũ vite ⁊ vbi idem erit testis accusator ⁊ iudex. Et nota scd̄m ysid̄. ꝙ ꝓsa est ꝓducta racõ a lege metri resoluta sic dcã ex eo ꝙ sit ꝓfusa. Sequẽcia v̄o dicta ē qꝛ neumã iubili seq̄t̃. ⁊ hic ⁊ in euãgelio dicit̃ sequẽcia sequẽcie in numeo singlari.

De mutacione sacerdotis

Hactenꝰ dũ eplã lecta fuit ⁊ choro g̃duale psallẽte sac̃dos tacit⁹ ad dextrã ptẽ sedebat altaris. insinuans ꝙ iohãne p̃dicante xp̄us quodãmodo tacebat. qꝛ nõ p̃dicabat apte. Sed dictur⁹ euãgeliũ surgit. qꝛ vt euãgelista tradit postq̄ꝫ iohãnes tradit⁹ ē venit ihesus in galilea p̃dicãs euãgeliũ r̃gni dei ⁊ qm̄ sedes victoris ē sessio sac̃dotis victoriam xp̄i recte significat qui post ieiuniũ vicit diabolũ. Nam reliquit eũ tẽptator ⁊ accesserũt angeli et ministrabãt ei. Post dictã ergo sequẽciã surgẽs sac̃dos. ⁊ ad sinistrã altaris ptẽ accedẽs ꝓnũciat euangeliũ significãs. ꝙ xp̄us nõ venit vocaꝛe iustos ſꝫ peccatores. Iux̃ ꝙ ipe in euãgelio dixit. qꝛ nõ indigẽt q̄ sani sũt medico. ſꝫ qui male hn̄t. ꝑ dextrã eni iusti. ꝑ sinistrã v̄o peccatores significãtur. ꝓpter qd̄ dn̄s in iudicio statuet quidẽ oues a dextris. edos a sinistris. de hoc dcm̄ est sb ti. de oracõe. Quidã tñ dixerũt ꝙ ideo sacerdos in p̃ncipio misse cõsistit ad dextrã. cũ vero ꝓnũciat euãgeliũ ↄ̃uertitur ad sinistrã. et circa finem iteꝝ redit ad dextrã. quia cultus dei p̃mo fuit in ꝑplo iudeoꝝ ⁊ iudea tũc erãt a dextra. deinde iudeis non credentibus ⁊ verbum dei tãq̄ꝫ indigni respuẽtibꝫ cult⁹ dei trãsiuit ad gentes. ad quas apl̃i trãsierũt. ⁊ tũc iudea fuit a sinistra pte. ⁊ circa finẽ reuertet̃ iteꝝ ad iudeos. ad p̃dicacõem enoch ⁊ helye. q̄ ↄuertẽt corda patꝝ in filios. qm̄ in diebꝫ illis saluabit̃ iuda. ⁊ reliquie isrl̃ salue fiant. qui eni p̃mo dix erãt in viaꝫ gẽtiũ ne abieritis postea p̃cepit dicẽs. Ite in orbẽ vniũsum. qꝛ ergo p̃dicacõ puenit etiã ad illos. q̄ in sinistra pte fuerũt dũ siccato gedeonis vellere ros aream irrigauit. Merito in pte sinistra legit̃ euãgeliũ. sic in sequẽti ti. dicet̃ Vn̄ versus. Est racõ cur ps altaris dextera in se. Principiũ finemqꝫ tenet mediũqꝫ sinistra. Dextra iudeos gẽtiles leua figurat. Cepit ab hiis. defert̃ ad hos. refert̃ ad illos. Nra fides. et erũt oı̄es in fine fideles. Sed cũ sac̃dos q̄ ꝓnũciat euãgeliũ. rep̄ntet psonã xp̄i. q̄ nõ p̃dicauit gẽtibꝫ. ſꝫ iudeis. Iux̃ qd̄ ipe dicit in euãgelio. Nõ sũ missus nisi ad oues q̄ perierãt do⁹ isrl̃. Vtrũ illd̄ recte dicat̃ prudẽs auditor adũtat de hoc dcm̄ sb ti. q̄liter eps vel sac̃dos. Ad quãcũqꝫ vero altaris ptẽ ille se trãsferat ministri eũ retro secũt̃ prout dictum est ibidem.

De euangelio ℞.

Supra ꝓxime tactũ ē q̄liter sac̃dos nõ solemnit̃ celebrãs ipemet euãgeliũ dic̃. Veꝝ qn̄ eps vel sac̃dos celebrat cũ ministris cũctis solemnius ꝑagũt̃. tũc eni in q̄busdã ecclijs vt rome diacon⁹ dex̃ manu põtificis osculata. codicem euãgelij sumit de altari. illũ sbdiacono ad ferendũ tradens. postea bn̄dictõꝫ postulat ab epo vel a sac̃dote ⁊ ei bn̄dicit̃. In alijs tñ ecclijs p̃us bn̄dictõꝫ postulat quã codicem suscipiat de altari. Data itaqꝫ bn̄dictõne ꝓcedit diacon⁹ ad pulpitũ ꝑ dextrã ptẽ chori quẽ p̄cedit sbdiacon⁹ cũ textu euãgelij ⁊ illũ p̄cedit thuribulũ cũ incẽso. ⁊ an̄ thuriferariũ ceroferarij cũ faculis accẽsis. an̄ illos in q̄busdã ecclijs crucis vexillum. sicqꝫ pulpitũ ascendit ⁊ euãgeliũ incipit. quo dicto ad epm̄ vel sac̃dotẽ simul redeũt q̄ singla ꝓsequent̃. ¶ Notãdum ē aũt. ꝙ in q̄busdã ecclijs in p̃cipuis festiuitatibꝫ diacon⁹ ꝓficisci volẽs ad legẽdũ euangeliũ. incipit an̄phonam q̄ ē in nocturnis sup bn̄dict⁹. ⁊ dum ipe accedit ad pulpitũ. illa cãtat̃ et finit̃ a choro vt notet̃ caritas et cantat̃ sine neuma ad notãdũ ꝙ deus nõ p̄cipit nos hr̄e nisi simplicem caritatẽ. ¶ Sane iam figura mutat̃. Nã diaconus q̄ prius rep̄ntabat ꝓphetã. iã rep̄ntat euãgelistam qd̄ lex et ꝓphete vsqꝫ ad iohãnem. et ex eo regnum celoꝝ euãgelizat̃. Ideo aũt euãgeliũ legit̃ ut veld̄ xp̄s post legẽ ꝓphetias et psalmos ore suo p̃dicauit ita post eplãm r̄nsoriũ et allã ꝑ illud ꝑplo p̃dicatio eius ãnunciet̃. Et d̄r euãgeliũ q̄i bon⁹ nũci⁹. ab eu. ꝙ ē bonũ. et angelus ꝙ ē nũcius. Est eni euãgeliũ xp̄i et aploꝝ p̃dicacõ. nũciat quidẽ vitã post mortem. requiẽ post laborem. regnũ post seruiciũ. ¶ Est autem sciend̄ ꝙ sic caput p̄eminet ceteris corpis membris et illi cetera mẽbra seruiũt sic et euãgeliũ p̃ncipale ē oı̄m q̄ ad officiũ misse dicũt̃. ⁊ toti p̄eminet officiõ misse. et q̄cũqꝫ ibi cãtant̃. et legũt̃ illi cõsentiũt in intellectuali racõe ꝓut in. vj. pte sb dn̄ica q̄libꝫ dicet̃ ¶ Diaconus g̃ p̃mo dextrã manũ põtificis osculat̃ nichil dicẽs qꝛ p̃dicator euãgelizaꝛe debꝫ ꝓ glã eterna. de qua sponsa dic̃ in cãtic̃. Dextra illi⁹ ãplexabit̃

me. Nā ⁊ angel⁹ q̄ resurrectōis xpi gliaȝ veneāt nūci-
are. sedebat in dextra stola cādida coopt⁹. In alijs
tn̄ ecclijs nō osculat᷑. ſȝ solū inclinās bn̄dictōem po-
scit. Vez sb̄diaco⁹ vl' diaconus nō manus. ſȝ pedes
romani pōtificis osculat᷑. vt summo pōtifici sūmaȝ ex-
hibeat reuerētiā. ⁊ eū illius ōndat esse vicariū. cui⁹
pedes osculabat᷑ mulier illa q̄ fueāt in ciuitate pecca-
trix. Adorādū est eni scabellū pedū eius qꝛ scm̄ est.
cuius etiā resurgētis a mortuis pedes mlieres tenētes
adorauerūt. Gnālit' enim nemo debȝ manū sūmi pōti-
ficis osculari. nisi cū de manibȝ eius aliq̄d accipit vl'
cū ad manus eius aliq̄d tribuit. vt ōndat᷑ ꝙ ex v-
troqȝ debem⁹ ei gr̄as agē. q̄ sic sp dat ꝓpria sic nūq̄ȝ
recipit aliena. quas oblacōes roma⁹ pōtifex recipiat
sb̄ ti. de oblacōnibȝ dicet᷑. ¶ Sb̄sequēt' diaconus te-
xtū euangelij sumit de altari. qꝛ de syon exibit lex. et
verbū dn̄i de ihrl'm. nō vtiqȝ mosayca lex. quōdam
exiueāt de mōte synai ſȝ euāgelica. de qua ꝓpha ait.
Ecce dies veniūt dicit dn̄s. ⁊ cōsūmabo testamētū
nouū sup̄ domū isrl' et sup̄ domū iuda. ¶ Sum̄t᷑ etiam
liber de altari. qm̄ apli de altari euāgeliū acceperunt
cū p̄dicātes passiōem xpi euāgelizabāt. Vel altaē
in hoc loco siḡficat iudeos a quibȝ trāsfert᷑ regnū dei.
⁊ dat᷑ gēti facienti fructū eius. Et ex eo ꝙ liber sumit᷑
de altari. notat᷑ ꝙ euāgeliū est verbū dei. qđ p altaē
siḡficat᷑. scđm illud exod. xx. Altaē de terra facietis
michi. Sumit aūt illū vt quidā volūt de dextra pte
altaris. qꝛ ecclia de iudeis. a qua nr̄a sumpsit exordium
āntiquit⁹ fuit a dextris. ⁊ ponit eū in manu sinistra. de-
xterā suppōnes. Juxͣ illud. Lena eius sb̄ capiti meo
⁊ dextra eius āplexabit᷑ me. ⁊ hoc ꝓpter triplicē cau-
sam. Primo qꝛ euāgelista docet celestia. q̄ p dextraȝ
terrenis q̄ p sinistrā intelligūt᷑ supponi. Scđo incli-
nat᷑ liber sup sinistrū humeꝝ. ad notādum ꝙ xpi
p̄dicacō de gētili ꝑplo trn̄sibit ad iudaicū. ysa. xx. ca.
In diebȝ illis saluabit᷑ iuda. Tercio qꝛ in vita tpali q̄
p illā siḡficat᷑ necce ē euāgeliū p̄dicaē. Et textus eu-
āgelij in q̄busdā ecclijs ornatur exterius argento ⁊ la-
pidibȝ. put dcm̄ ē in pte tcia sb̄ ti. de legalibȝ indu-
mētis. Liber aūt ipe ab aduētu sacerdotis ad altaē
donec euāgeliū legat᷑ sup altaē remāsit qđ quātum
ad hoc significat ihrl'm qm̄ euāgelica doctrina p̄mū
in ihrl'm facta est ⁊ ibi pmāsit ab aduentu dn̄i illud
donec publicaret᷑ gētilibȝ. Juxͣ illud. De syō exibit
lex vt. s. Jhrl'm enim ē loc⁹ passiōis q̄ p altaē etiam
significat᷑. ¶ Cōsequēter bn̄dictōeȝ postulat. quia
nullus debȝ p̄dicaē nisi mittat᷑. Juxͣ illud apli. quō
p̄dicabunt nisi mittat᷑. ⁊ dn̄s inquit aplis. Rogate
dn̄m messis vt mittat opaios in messeȝ suā. Ysa. aūt
cū audisset vocē dn̄i dicētis. Quem mittā ⁊ q̄s ibit
ex vobis. rn̄dit. Ecce ego sū. mitte me. dixitqȝ dn̄s
vade ⁊ dic ꝑplo huic. audite audiētes ⁊c̄. ¶ Rursus
huiusmodi bn̄dictōem p̄figurauit moyses q̄ ascen-
dēs in mōteȝ accepit tabulas ⁊ bn̄dictōem ⁊ populo
mādata ꝓposuit. Et dn̄s etiaȝ bn̄dixit ordini diaco-
nali. cui dedit spm̄ scm̄ ⁊ misit ad p̄dicādū p vniūsū
orbem. Pōtifex ergo vel sacdos visibliter benedicit
diacono. qui lectur⁹ ē euāgeliū ꝙ nō fecerat sb̄dia-
cono lecturo epl'am. qꝛ xpus inuisiblis manēs legē
⁊ ꝓphetas q̄ p epl'am significat᷑. inuisibliter misit. ſȝ
postq̄ȝ in terris visus. ⁊ cū hoibȝ cōuersat⁹ ē. aplos
et euāgelistas visibliter misit ⁊ docuit. Euntes inqͭ
p̄dicate dn̄tes. Appropinq̄bit regnū celoꝝ. Illi aūt

egressi circuibāt castella. euāgelizātes ⁊ eūtes vbiqȝ
Et mittit eū ad legēdū euāgeliū. ad notādū ꝙ xps
misit aplos ad p̄dicādum regnum dei. ¶ Diaconus
autē ea q̄ sibi in bn̄dictōe dicūt᷑ considerās se corde
purū. ore mūdum. ⁊ ope castū. studeat exhibē. qua-
ten⁹ sacrosc̄m euāgeliū possȝ digne ꝓferre. qꝛ pute⁹
aquaꝝ viuētū. i. euāgelica p̄dicacō nō fluit impetu
. i. libē de libano. id ē de corde casto et ore candido
Nō enim ē speciosa laus in ore peccatoris. ymmo pec-
catori dixit de⁹. Quaē tu enarras iusticias meas et
assumis testamētū meū p os tuū. ⁊ ideo signo crucis
innuit᷑. Deinde licētia ⁊ bn̄dictōe obtētis ⁊ insuper
cruce impssa vt secur⁹ incedat ꝓcedit ad pulpitū
cū silēcō inclīato capite. nichl' in q̄busdā eccīs ferēs
ꝓpter illud qđ dn̄s ipe p̄cepit aplis quos misit ad
p̄dicādū regnū dei. nichil inqͭt tuleritis in via et ne
minē salutaueritis. In alijs tn̄ ecclijs diacon⁹ fert
librū vt iam dicet᷑. Sȝ puenies ad ābonē salutat q̄i
intrās domū cui offert pacē. vt infra dicet᷑. et trāsit
p dextram ptē chori. ad sinistrā. ⁊ liber euāgelij de de-
xtra ad sinistrā trāsfert᷑. ⁊ ibi legit᷑ qꝛ de syō exibit
lex vt s. Judea eni respuēte verbū dei apli trāsierūt
de iudeis ad gētes ⁊ postea p̄dicatū ē gētibȝ q̄ p sini-
strā intelligūt᷑. vn̄ aplus ad heb. vobis oportebat
p̄mus p̄dicai verbū dei. ſȝ qm̄ repulistis illud. et indi-
gnos vos iudicastis. ecce cōūtim̄ ad gētes. de hoc su-
pra in ti. pximo. In eccl'a rōna ⁊ in q̄busdā alijs sub-
diacon⁹ p vnā viam. ⁊ diaconus p aliā in pulpitum
ascendit. qm̄ ille docēdo ⁊ iste discendo in augmētū
sciētie ꝓcedit ⁊ quia ministrator p meritū opis. ⁊ p̄di-
cator p meritū oris in augmētū iusticie ꝓgreditur
vn̄ psalmista. Justicia tua sicut montes dei. p eandem
tn̄ viā descēdentes. ad pōtificē reūtunt᷑. qꝛ p finalē
pseuerātiā ptingūt ad p̄mū. sic dn̄s ait. Qui pseue-
rauerit vsqȝ in finē ⁊c̄. Et qꝛ p̄dicacō sine ope nō suffi-
cit. cepit eni ihesus facē ⁊ docē. ideo p̄dicator p eādē
viā reuertit᷑. p quā accesserat ministrator. Preterea
ideo lectur⁹ euāgeliū ab vna pte ꝓgredit᷑ et ascēdit
Juxͣ illud euāgelij. p aliam viaȝ reūsi sūt in regiōeȝ
suā. qm̄ apli p̄mus p̄dicauerūt iudeis. ⁊ postea gētibȝ.
scđȝ illđ apli. qꝛ repulistis verbū dei ⁊ indignos vos
fe ⁊c̄. ¶ Sane diaconū sb̄diacon⁹ antecedit. qꝛ iohs
⁊ eius p̄dicacō xpm̄ ⁊ eius p̄dicacōeȝ p̄cessit portās
in q̄busdaȝ ecclijs puluinar. qđ libro suppōnat. Per
puluinar quidem qđ fesso supponit᷑ ad quietē. signi-
ficat᷑ vite solaciū. siue tpalia. q̄i dicēt. Si vob̄ semi-
nam⁹ spiritualia. non est miꝝ si a vobis metimus
carnalia. Nā scđȝ aplm̄ p̄o ad cor. eoꝝ q̄ altari seruiūt
cū altari pticipāt. dignus ē eni opari⁹ mercede sua
mathei. x. ⁊ dn̄s p̄cepit in lege. nō claudes os bouis
triturātis. ¶ Rursus puluinar supponit᷑ euangelio
ad notādū ꝙ suaue est iugū dn̄i. siue on⁹ euangelij
illđ portaē volētibȝ. Vn̄ in matheo. Jugū meū suaue
⁊ on⁹ meū leue. Huic iugo q̄ sbicit᷑ omia sbiecta
habȝ scđȝ aug⁹. Puluinar ergo suauitas ⁊ dulcedo
in mādatis dei. Vn̄ ꝓpheta. Parasti in dulcedine tua
pauperi de⁹. Et iteꝝ. Quā dulcia faucibȝ meis elo-
quia tua dn̄e. ¶ In ecclia tn̄ romana diacon⁹ p̄cedit
vt doctor. sb̄diacon⁹ sequit᷑ ut auditor. Ille p̄cedit
vt p̄dicet. iste sequit᷑ ut ministret. Post lectōem vero
sb̄diacon⁹ q̄i sufficiēter edoctus p̄cedit referēs eu-
āgelium. qm̄ mercedem euāgelij de sua ministracōne
reportat. Scđm illud ꝙ dn̄s ipe ꝓmisit in euāgelio

q̄ recipit ꝓphetā in noīe ꝓphete. mercedē ꝓphe recipiet
que ideo pmittit diacon⁹ ad pōtificē vt ondat se fru-
ctū pdicacōis referre. de q̄ dn̄s iusserat. Posui vos
vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fruct⁹ vr̄ maneat. Ad
hec sbdiacon⁹ librū ⁊ puluinar reportās. significat ꝙ
pdicator bono ope dȝ vitā suā deo offerre. vn̄ apls
ad corinth. ix. Ome qdcūqȝ facitis aut vbo aut ope
in noīe dn̄i ihesu x̄ facite. ¶ Premittit qȝ epus an̄ eu-
āgeliū thuribulū cū incēso. qꝛ x̄ opa pcesserūt ei⁹ do-
ctrinā. Iux̄ illd̄ cepit ihesus facē ⁊ docē. Thuribulū
aūt cū thuē significat orōȝ cū deuocōe. quā tūc maxie
dn̄t hr̄e fideles in audiēdo diuinū sermonem. Rur-
sus diacon⁹ ideo pmittit thuribulū qꝛ pdicator dȝ
odorē boē opinōis ex se mittē. Iux̄ illd̄ apli. Xp̄i bo⁹
odor sum⁹ in omi loco. Nā cui⁹ vita despicit̄ restat vt
ei⁹ pdicacō ɔtēpn̄at̄. Tercō thuribl'm pcedit vt ipi⁹
diacoi orō. sic incēsū in ɔspcū dn̄i dirigat̄. An̄ thuri-
bulū veō pmittit duos ceroferarios cū facl'is accēs
Primo qꝛ debȝ desideriū ⁊ gaudiū in cordibȝ auditoꝝ
accēdē. q̄tēn⁹ et libēter audiāt. ⁊ gr̄āter obediant.
¶ In q̄busdā tn̄ eccīs thuribl'm cereos pcedit. qm̄
orōes opa ⁊ vtutes de racōe famā lucē ⁊ signa pce-
dūt. Iux̄ illd̄ luc. Luceat lux vr̄a. Et illd̄. Et virt⁹ ex-
ibat de illo ⁊ sanabat oēs. Scd̄o sacd̄os vl' eps pmit-
tit an̄ diaconū duos acolitos portātes cereos ⁊ icēsū
ad nōnd̄ ꝙ xp̄s pmittebat binos nūcios an̄ faciē
suā in omēȝ ciuitatē ⁊ locū q̄ ipe eāt ventur⁹. pferē-
tes chorusca cōes miracl'oꝝ ⁊ odorē vtutū. Vn̄ reūsi
dixerūt. Dn̄e in tuo noīe ec̄ demoīa sbiciūt̄ nob. faci-
es eni x̄ ɔueniētēr. h̄ intelligūt̄ apli q̄ normā doctri-
ne sue ꝓplis ondebāt ꝓpt' ꝙ ipis aiebat. Qui vos reci-
pit me recipit. Tercō ideo libꝛ euāgelij pcedūt thui-
bl'm ⁊ cādelabra qꝛ doctrinā x̄ vtus ⁊ fama pibāt. eu-
āgelista testāte. Exiuit ihesus in vtutē spūs in gali-
leā ⁊ fama exiuit de illo in vniūsā regiōȝ. ⁊ ipe doce-
bat in synagogis eoꝝ. Quarto ꝓpter causā in scd̄a
pte sb ti. de acolito scp̄tā. Rursus duo cerei illumia-
ti doctores ecc'lie. p q̄s ecc'lia illuiāt̄. et q̄ dn̄t habē
noticiā vtriusqȝ testa. designāt̄. Hinc est ꝙ ipi cerei
plerūqȝ q̄busdā diuīsoꝝ coloꝝ lineis decorāt̄. ad no-
tādū ꝙ p doctores ipos sac̄ scp̄tuā diuīs sensibȝ expo-
nit̄. put dcm̄ ē in ꝓheio lib. Si veō lineē ipe aureē
vel argētēe sint. designāt ꝙ in ipis doctoibȝ ē auꝝ sa-
piētie. ⁊ argētū eloqn̄tie. vel cerei ipi designāt duo
testamēta q̄bȝ gen⁹ hūanū illuiāt̄. vel legē et ꝓphe-
tas q̄ in q̄busdā eccīs dū euāgeliū legit̄ in pauimēto
ponūt̄ qm̄ legis vmbra ⁊ ꝓphaꝝ enigmata p lumē
euāgelij etiā ab hūilibȝ intelligūt̄ qꝛ p euāgelicā do-
ctrinā lex ⁊ ꝓphetia perit⁹ euanuerūt in lr̄a. In q̄busdā
tn̄ eccīs in diebȝ ꝓfestis vn⁹ puer cū vno tm̄ cereo
diaconū pcedit. p qd̄ pcat̄ ꝙ pmū x̄ aduētū q̄ hūil'
fuit ⁊ occult⁹. puenit tm̄ vn⁹ cursor. s. ioh̄ baptista.
q̄ fuit lucēna verbi. In diebȝ veō festiuis duo cerei p-
cedūt. qꝛ in scd̄o aduētu q̄ solēnius erit ⁊ manifest⁹
duo pmittēt̄ precones. s. helyas ⁊ enoch q̄ interficiē-
ent̄ ab antixp̄o in ihrl'm. qd̄ significat̄ p extinctōem
cereoꝝ. De cādelabris ⁊ etiā cereis alit' dictū est in
pma pte sb ti. de picturis. Ancedit qȝ crux primo
ad notādū ꝙ diacon⁹ debȝ pdicaē crucifixū. Scd̄o
ꝙ qui eū intuet̄ p fidē sanat̄. a morsu spentis antiqui
ipe eni ē serpēs in palo. Tercō crux pcedit euāgeliū
in signū ꝙ pdicator sequi debȝ crucifixū. vnde dn̄s
inq̄t petro sequē me. ioh̄. xxj. c. ¶ Post hec diaconus
sup ambonem ascēdit. dicit̄ autē ambo āb omis pul-
pitū vbi legit̄ euāgeliū ab ambio ambis qꝛ loc⁹ ille
gr̄dibȝ ambit̄. Sūt eni in q̄busdā eccl'ijs duo paria
gr̄duū siue duo ascensus in illū. p mediū chori vn⁹
a sinistris viȝ versus orientē quo fiat ascensus. alt'
a dextris vȝ versus occidētem. quo fiāt descensus vt
pmissum ē vel ascendit ab australi pte. Nam xp̄us
a bethel. id ē bethleem q̄ ē ad austrū venit in ihrl'm.
Vn̄ dr̄. de⁹ ab austro veniet. Ascendit ergo sup am-
bonē. ad notandū ꝙ xp̄us ābit omes qui custodiūt
verbū euāgelij ⁊ vt possit ambiri. ⁊ sic melius ab
omibȝ intelligi. Itē ascendit vt in edito ⁊ alta voce
ānūciet euāgeliū tāquā vbiqȝ ⁊ ab omibȝ audiend̄.
Iuxta illud ꝓpheticū. Sup mōtem excelsum ascēde
tu qui euāgelizas syon. exalta in fortitudine vocem
tuā. ⁊ dn̄s inq̄t in euāgelio qd̄ dico vobis in tenebs
dicite in lucē. ⁊ qd̄ in aurē auditis. pdicate sup tecta
vt imitet̄ dn̄m qui in mōtem ascēdit vt euāgeliū
pdicaret. ⁊ apiens os suū docebat discipulos dicēs
bt̄i paupes spū ⁊c̄. Lex etiā in mōte data ē. Euāge-
liū ergo in alto ⁊ eminenti loco legit̄. qꝛ doctrina
euāgelica dilatata fuit vbiqȝ terraꝝ. Vn̄. In oēm terā
exiuit son⁹ eoꝝ ⁊c̄. Ep'la vero in loco inferiori. quia
lex ⁊ ꝓphete q̄ p illā figurāt̄ clausi fuerūt in iudea.
Vn̄. not⁹ in iudea de⁹ ⁊c̄. Preterea p ep'lam pdica-
cō veteris testa. q̄ humilior. p euāgeliū noui testa.
q̄ excellētior est intelligit̄. doctrina eni xp̄i vel lex
euāgelica excellit aplicā. ⁊ aplica legalē doctrinā
Vn̄ apl's ad heb vij. Lex veniet. ad pfectōȝ ducit.
euāgeliū aūt dat salutē omi credēti. In missa tn̄ ꝓ
defunctis nō in loco eminētiori. ȝ iuxta altaē euāge-
liū ⁊ ep'la legūt̄. ad notandū ꝙ quantū spectat ad
defunctos. talia nō fiūt pdicacōes q̄ viuis publice
fiūt. Ipis aūt cū sint absentes fieri nequiūt publice
vel occulte. ȝ magis fiūt ꝓ ipis oracōes. p quas ad
xp̄m qui p altare significat̄ appropinq̄ntes eis possu-
m⁹ releuacōeȝ aliquā obtinē. ¶ Legit̄ etiā de more
euāgeliū sup aquilā. Iux̄ illd̄. Et volauit sup pēnas
ventoꝝ. Et aq̄la ipa seu loc⁹ in quo legit̄ in diebȝ
festiuis aliquo pāno lineō vel serico opit̄. ad signifi-
cādū mollicieē cordiū xp̄ianoꝝ. Vn̄ dn̄s p ꝓphetam
Ecce cor carniū dabo vobis. ⁊ scribā legē meam in
cordibȝ vr̄is. Loc⁹ veō in quo ep'la legit̄ nō coopi-
tur. ad significādū duriciā cordiū iudeoꝝ. Lecturus
aūt euāgeliū trāsit ad ptē sinistrā. put iam ⁊ supra
sb ti. de mutacōe sacd̄otis dictū ē. ⁊ oppōnit faciē
suā aquiloni. Iux̄ illd̄ ysa. xliij. Dicā aquiloni da. ⁊
austro. Noli ꝓhibē. vt ondat nos doctrina euāge-
lij debere armari. ⁊ pdicacōeȝ xp̄i cōtra illū specialit'
dirigi. q̄ ait. Ponā sedē meam ab aquilone. ⁊ silis
ero altissimo. Nā ⁊ scd̄ȝ ꝓphetā. Ab aquiloē pādet̄
omē malū sup habitatores terre. ¶ Rursus versus
aq̄lonē euāgeliū legit̄. Iux̄ illd̄ qd̄ legit̄ in cāticis.
.iiij. aquilo surgat. i. diabol⁹ fugiat ⁊ auster veniat
id ē spūs scūs accedat. Recte enim cōtra diabolum
euāgeliū legit̄ ut illū sua virtute expellat. qm̄ diabo-
lus nichil tm̄ quātū euāgeliū odit. Siquidēȝ aquilo
ventus frigid⁹ diabolū significat. q̄ flatu tēptacōnū
corda hominū a dei timore cōgelāt ⁊ refrigerat. Cū
ergo fides in euāgelio cōtineat̄. que est armatura
nr̄a contra diabolū. Iux̄ illd̄. Cui resistite fortes in
fide. merito legit̄ contra illū. Qn̄qȝ etiā versus meri-
diē legit̄. qꝛ doctrina xp̄i q̄ primo fuit inter iudēos

⁊ nūc inter gētes. ad eos in fide redibit. Qui vero
q̄ eū in remedio ꝓcesserūt. respiciūt ad euāgeliū ⁊ ad
faciē recitātis ꝓut sb̄ ep̄la dictū est. Deinde lector⁹
euāgeliū salutat ꝑplm̄ vt illū ad audiēdū verbū dei
attētū reddat dicit. Dn̄s vobiscū. ostēdens etiā ꝑ hoc
se orare. vt dn̄s sit cū eis. ⁊ obseruās qd̄ dn̄s iussit.
In quācūq; domū intraueritis. p̄mū dicite. pax huic
domui. Chorus vero ⁊ ꝑpl's quasi reddit⁹ attētus ad
illū ⁊ ad quācūq; ꝑtē euāgeliū legit͛ se vertūt. quia
omib; ꝓpositū ē. Ite in mūdū vniūsum p̄dicate euā-
geliū omi creature. i. homi. ꝑ quo facta ē omis crea-
tura. vel qui hab; aliqd̄ ꝑticipiū cū omi creatura. Et
rn̄dēt. ⁊ cū spū tuo. supple vt digne possis euangelium
legē. ac si dicāt. tecū sit ad dicēdū. ⁊ sic mutuo se sa-
lutāt ꝓut sb̄ p̄fatiōe dicet͛. ¶ Sane euāgeliū stādo
⁊ nō sedendo audit͛. sic statuit anastasi⁹ ꝑpa vt ad
p̄lium ꝓ xp̄i fide seruāda ꝓmptitudo notet͛. Vnde
luc. xxij. Qui nō hab; gladiū vendat tunicā ⁊ emat
illū. ⁊ q2 ipius doctrina ad amorem celestiū dirigit
mētes nr̄as. Ad huiusmōi eē ꝓmptitudinē designādā
quidā dū euāgeliū legit͛. clamides deponūt. ⁊ etiam
ad notādū q̄ omia tp̄alia dimittēda sūt ꝓpt͛ xp̄m.
Iux͛ illd̄ euāgelij. Ecce nos reliqm⁹ omia ⁊ secuti su⁹
te. Et ex quo stādū est apparet. q̄ nec iacē nec ap-
podiari debem⁹ euāgeliū audiēdo. Reclinatoria ḡ
tūc relinquūt͛. ad notādū q̄ nō debem⁹ cōfidere in
p̄ncipib;. nec sustentari in terrenis. q2 vanitas va-
nitatū ⁊ omia vanitas. dicit ecclesiastes. Subaudit͛
cōparatione dei in quē curā nr̄am iactaē debemus. Et
scd̄m ipm anastasiū stātes curui manē debem⁹. vt
hūilitatē que a dn̄o docet͛. etiā corpe demōstrem⁹
Audit͛ eē capite nudato. Primo vt attētio adesse
mōstret͛. ob quā etiā causam quidā tūc mentonem
⁊ genas manu tenent. Scd̄o vt q̄nq; sensus patuli
sint ad audiēd. Tercio ad notād q̄ oia q̄ sb̄ velamie
⁊ figura in lege ac ꝓphetis cōtinebāt͛. sūt in euāge-
lio manifestata. In xp̄i enim passione velū templi
scissum ē ⁊c̄. Deponūt͛ etiā tūc baculi ⁊ arma. Primo
ne imitent͛ iudeos in conspectu crucifixi arundines
⁊ arma ferentes. Scd̄o ad notādū q̄ xp̄o p̄dicāte
omes legales obsuātie q̄ ꝑ baculos sig̅ficat͛ depo-
site sūt. Tercio depositio baculoꝝ ⁊ armoꝝ hūilitatē
notat. ⁊ xp̄iane ꝑfectōnis esse nō se vindicare. sed
dn̄o resuaē vindictā. Iux͛ illud. Michi vindictā
⁊ ego retribuā dicit dn̄s. Et math. v. Qui te ꝑcusse-
rit in vna maxilla p̄be ei ⁊ alterā. Audit͛ etiā euāge-
lium in silencio quia omnia soluta sunt in euange-
lio. que in lege et prophetis promissa erāt. ¶ Pon-
tifex q̄; seu sacdos dū euāgeliū legit͛ faciē vertit
ad illud. ad notādū q̄ xp̄us p̄dicatores euāgelij sp
ad adiuuādū respicit. stās sup scabellū ad designād
q̄ ꝑ huiusmōi p̄dicacōez omis aduūsa ꝑtas debellat͛.
⁊ xp̄i pedib; submittit͛. ⁊ sic impletur qd̄ in psalmo
dr̄. Donec ponā inimicos tu. s. pe. tu. ¶ Diacon⁹ vero
statim postq̄; sibi rn̄sum est. ⁊ cū spū tuo. vt cūctos
reddat dociles ⁊ beniuolos ad audiendū verbū eu-
angelij. i. bonū nūciū nūciantē regnū dei. subdit. Se-
quētia sc̄i euāgelij. thurificās libꝝ ⁊ signans signo
crucis Et etiā in q̄busdā locis osculat͛ libꝝ. q̄i dicēt
hic est liber seu euāgeliū dei. hic ē liber crucifixi. quē
p̄dico. hic ē liber pacifici. ꝑ quē recōciliacōez acce-
pim⁹. Vn̄ ap̄lus. i. ad corinth̄ p̄mo. p̄dicam⁹ vobis
xp̄m crucifixum. Per incēsū autē fumū bona p̄dicati-
onis opinio intelligit͛. ¶ Deinde signat se in fronte.
in ore. pariter ⁊ in pectore seu in corde. ne diabolus
q̄ bonis opib; insidiat͛. tollat ei ꝑ erubescētiā deuo-
cōem de corde vel sermonē de ore. ac si dicat. ego xp̄i
crucē nō erubesco. s; eā ore p̄dico. ⁊ corde credo. q2
corde credit͛ ad iusticiā. ore aūt ꝯfessio fit ad salutē
Predicam⁹ inq̄t ap̄lus xp̄m ihesū. ⁊ hunc crucifixū
iudeis quidē scandalū gētilib; stulticiā. Et ap̄lus ad
gallath. vj. Michi absit gl̄iari nisi in cruce dn̄i nr̄i
ihesu xp̄i. Dn̄s etiā in euāgelio ait. qui me erubuit
et sermones meos. hūc filius hominis erubescet. cū
venerit in maiestate sua. ⁊ patris ⁊ angeloꝝ scōꝝ.
Vn̄ in daniele legit͛. Nō est cōfusio cōfitētibus te.
Quidā autē signāt se tm̄ in fronte ⁊ in pectore. q̄si
in vtroq; suplinmari. Clerus vero ⁊ ꝑplus audito
titulo euāgelij. s; sequētia ⁊c̄. siue bono nūcio vertētes
se ad orientē siue ad altaē vt deū qui ver⁹ ē oriens
gl̄ificēt. q2 misit eis verbū salutis. sic legit͛ in actib;
ap̄lorū. ⁊ gl̄ificauerūt deū dicētes. ergo ⁊ gētilibus
de⁹ penitētiam dedit. ⁊ vitā cū reuerencia ⁊ honore.
rn̄dēt. Gl̄ia tibi dn̄e. Proposito itaq; euāgelio ad le-
gēdum. in quo agit͛ de gl̄ia ⁊ de nr̄a libeacōe. scilic;
q̄liter xp̄us diabolū deuicit ⁊ nos ab ipius seruitute
libeauit. ⁊ victor ad gl̄iam p̄ris ascendit. ipsi au-
ditores euāgelij letantes in laudē sui saluatoris con-
clamant dicētes. Gl̄ia tibi dn̄e. q̄i dicāt. gl̄ia tua q̄
nobis in euāgelio p̄dicat͛. nobiscū sine fine ꝑmaē-
at et sp̄ crescat. ⁊ hec dicēdo signo crucis in fronte
in ore. et in pectore. se simlr̄ cōtra diabolū muniunt.
ne eos impediat in audiēdo. In fronte q2 ibi ē loc⁹
pudoris et verecūdie. Vn̄ ꝑ hoc q̄ crucē fronti im-
p̄munt. ostēdunt se nō erubescere credē crucifixum.
cuius liber legit͛ et eū habē deū et dn̄m. Per hoc q̄
in ore signāt. sig̅ficant se crucē dn̄i audacter p̄di-
caē. Per hoc q̄ in pectore. ostēdūt se libēter cōpati ꝓ
nomie xp̄i. qua etiā racōe quidā quādiu euāgeliū
legit͛ cū vtroq; pollice an̄ pect⁹ signū crucis figurat.
¶ Rursus nos in ore signam⁹. ad designādū q̄ de
verbis euangelij d; esse locucō nr̄a. In pectoē veō
ad sig̅ficandum q̄ verba euangelij dn̄t nos ꝑcutē
in pectore ⁊ in mente. Mox vero post factū signum
crucis versus diaconū audituri euangelium se con-
uertūt. De crucis misterio dicet͛ in ꝓhemio. v. ꝑtis
¶ Porro alicubi sb̄diacon⁹ dū legit͛ euangelium si-
nistrā manū libro supponit. ad notandū q̄ illi q̄ sb̄
tp̄e legis fuerūt. quoꝝ finis seu vltim⁹ fuit. Iohes
quē sig̅ficat sb̄diaconus. ⁊ si aliqua bona agebant.
illa tamē debilia ⁊ infirma erāt. q̄ ꝑ sinistrā sig̅fican-
tur. q2 si lex ad grām disponeret tn̄ grāz nō p̄bebat
Cōuenienter ergo sinistra man⁹ libro euangelij sup-
ponit͛. In quo xp̄i fides p̄dicat͛. sine qua opa legis
nemo saluat͛. ¶ Rursus ꝑ sinistrā manū tp̄alia. ꝑ
librū euangelij sp̄ualia cōgrue designant͛. Man⁹
ergo sinistra libro supponit͛. ad nōndum q̄ sic aīa
sine corpe nō viuit. ita nec sp̄ualia diu sine tēporali-
b; sb̄sistē possunt. Termiat͛ aūt euangeliū exaltan-
do vocē in fine. ꝓut sb̄ ep̄la dictū ē. ⁊ mox illo finito
munit se diacon⁹ signo crucis. ne diabol⁹ susceptū
semē euangelij de vase signato surripiat. Et deinde
euangelium osculat͛. ad nōndū se ex caritate et a-
more euangelizasse. ¶ Auditores vero se versus
orientē cōuertūt q̄i ad ihr'lm grās agētes. q2 inde
venit ad nos euangeliū. Iuxta illud qd̄ dn̄s dixit

in euangelio aplis. Vos eritis michi testes horum in omes gẽtes. incipiẽtes a ihrl'm. ⁊ signo crucis se in pectore muniũt cõtra diabolum ne semẽ verbi dei suffocet' in eis. Vñ luce. viij. volucres celi comederũt illud. Et ne sermonẽ dñi rapiat de pectoribꝫ eoꝝ q̃ dicãt. deus nos faciat in doctrina xp̄i ꝑseuerarẽ et vt significet se habere in corde qđ exp̄mit ore. Quod etiã apertius designat' in quibusdam ecclesijs in q̃bꝫ finito euangelio dicit' . amen. et bene. quasi dicant. Veꝝ est qđ in euãgelio dc̄m ẽst. qđ ẽ ɔtra quosdam hereticos q̃ lecto euãgelio quasi cõtradicẽtes dicũt falsũ ẽ. vel amen. q. d. fiat nobis qđ dn̄s in euãgelio pollicet'. In alijs vero eccl'ijs dr̄. deo grãs. sic fit p' aliquã lectõz vel capitl'm. Quidã etiã frati dicũt benedict' q̃ venit in nomie dñi. qđ ẽ finis euãgelij mathei. qđ legit' in festo btĩ stephani. ⁊ in dñica palmaꝝ. ¶ In q̃busdã locis cerei q̃ significãt doctores ꝑ quos eccl'ia illũiat'. statim p' lectũ euãgeliũ extīgũt'. qm̄ xp̄o in eis loq̃nte possunt eccl'iã illumiare eo aũt tacẽte. id est spũ scõ ab eis recedẽte hoc neq̃unt. Preterea euãgelij p̄dicacõe finita lex ⁊ ꝓphie cessabũt. ¶ In nõnullis tñ eccl'ijs dum euãgeliũ legit' cãdelabra cũ cereis deponũt' ad terrã. ad nõnđ legẽ ⁊ ꝓphetiã inferiorẽ euãgelio esse. ¶ Cõsequẽt' sbdiaco' codicẽ euãgelij ẽfert. diacon' vẽo vacu' redit. vt ondat se p̄dicacõe finita ɔtẽplacõi vacarẽ veniẽs aũt ꝑ̄us ad legẽdũ euãgeliũ. libꝝ in q̃busdã eccl'ijs ferebat. ad notãdũ ꝙ ipẽ nõ solũ debebat docẽ ꝫ ⁊ facẽ. Redit etiã ad ep̄m seu sacdotẽ vñ venit. ad notãdũ ꝙ omis doctrina a deo est. ⁊ ad ipm reũtit'. Vñ salomõ. vnde exeũt flumia reũtunt'. Text' q̃ꝫ euãgelij sup puluinar reportat'. qꝛ eccl'ia vt audiuit euãgeliũ illud suauit' corde suscepit. ⁊ letata est. Iux' illđ. Audiuit ⁊ letata ẽ spon. ⁊ ait. Anima mea lique facta ẽ vt dilect' locutus ẽ. Liber quoqꝫ euãgelij ⁊ thuribulũ ad põtificẽ reportãt'. qꝛ ad eũ oĩa bona referẽda sũt. a quo cũcta ꝓcedũt. Ipe eni est finis ɔsũmans. ꝫ nõ ɔsumẽs. alpha ⁊ o ꝑ̄m' ⁊ nouissim' iniciũ ⁊ finis. Nã ⁊ apli p̄dicacõe pacta ad xp̄ꝫ reuersi sũt. referẽtes ei grãs de miraculis ⁊ p̄dicacõis ꝓfectu. Eps vẽo thus odorat ⁊ euãgeliũ osculat'. Primo ad notãdũ. qꝛ qđ xp̄us inspirauit et docuit hoc approbat ⁊ acceptat. De' enim nichil accipit ñ qđ efficit. nec remunẽat. nisi qđ donat. qꝛ sic cũcta q̃ facit bona sũt. sic nulla sũt bona nisi q̃ fecit. Nã vidit de' cũcta q̃ fecerat ⁊ erãt valde bona. Scđo apertum codicẽ osculat'. ad significãdũ ꝙ sciẽ debꝫ. ⁊ nuda ac apta sibi ẽẽ debẽt q̃cũqꝫ sũt in lege. vñ luc. viij. vobis datũ ẽ nosce misteriũ verbi dei. Et malachie. ij. Labia sacerdotis custodiũt sciam. ⁊ legẽ exquirũt supple subditi de ore eius. Tercĩo qꝛ ipẽ sol' intrat in scã scõꝝ. put in ꝓhemio hui' ptis dc̄m est. Quarto qꝛ huiusmodi osculũ significat affectũ amoris ad euãgeliũ. qui p̄cipue in ep̄o vigẽ debꝫ a deo. vt parat' sit mortẽ p eo sbire. Quĩto sbdiacon' libꝝ aptũ p̄lato seu sacdoti offert ad osculãdũ. ad nõnđ ipm debere delectari in fide fideliũ. q̃ infusa ẽ in eis. ⁊ patefacta p euãgelij p̄dicacõem. que ꝑ̄us in lege fuẽat clausa. Postea in q̃busdaꝫ eccl'ijs liber clausus illis q̃ sũt in choro õndit'. ꝓ eo ꝙ post p̄missa verba. vob datũ ẽ ⁊c̄. Sequit' in aplõ. ceteris aũt in pabolis. Et est adũtẽdũ. ꝙ postq̃ꝫ diacon' lecto euãgelio librũ osculat' ẽ. ad notãdũ se ex caritate ⁊ amore euãgelizasse. tũc demũ fert' euãgeliũ ep̄o. qui xp̄m significat ad osculandũ. i. ad p̄dicacõem acceptãdaꝫ. ⁊ nõ añ. ad figurãdũ ꝙ de' illã dũtaxat p̄dicacõeꝫ acceptat q̃ fit ẽx amore ⁊ caitate. Veꝝ tñ in missa ꝓ defunctis euãgeliũ nõ fert' pontifici ad osculandũ. tũ qꝛ tunc p̄misse racões cessant. tũ quia in missa illa omis solẽnitas subtrahit'. ne festiue solẽnitates cũ desolationis merorib ꝫ misceant'. Legens tñ euangelium in missa ꝓ defunctis. libꝝ in q̃busdã eccl'ijs osculat'. qꝛ quicũqꝫ illđ ꝓnũciat. debꝫ caritatis amore in illũ tẽdere. cui' doctrina euãgelicã recitauit. qui amor p osculũ designat'. ¶ Et attẽde qꝛ statim post libri osculum. sacerdos minister. põtificẽ qui xp̄m designat incẽsat. ad ondẽdum ꝙ sacdotis maxime officiũ ẽ. oracõis ignitũ sacrificiũ. qđ p incẽsum significat'. xp̄o offerre. nõ solũ in expiacõem delicti. veꝝ etiam in graꝝ actõem. put in leuitic' habet'. ¶ Potest etiã sub epilogo dici. qꝛ ꝙ liber euãgelij p sbdiaconum portat'. ꝙ sbdiacon' pulpitũ ascendit. ꝙ aperto libro ꝑpl'm salutat. ⁊ omes rn̄dent. ꝙ titulũ euãgelij p̄mittat. ꝙ alta voce ⁊ distincte et cõtra aquilonem legit. ꝙ omis ꝑpl's aures ⁊ oculos ad libꝝ dirigit. ⁊ in silecõ ac stãdo audit ⁊ in fine ad celũ ma' leuãs orat. d. amẽ. hec inquã oĩa ⁊ singula ex lege sumũt'. Legit' eni in p̄ncipio neemie. ꝙ cõgregato populo ad plateã. que est ante portã aquaꝝ. esdras scriba attulit libꝝ legis moysi. ⁊ stetit sup gradũ ligneũ quẽ fecerat ad loquẽdũ. ⁊ aperuit libꝝ coram omi populo. ¶ Porro leuite silenciũ faciebãt in ꝑpl'o. ad audiendũ legẽ bn̄dicẽtes deo magno. ⁊ ois ꝑplus stans in gradu suo rn̄dit amẽ. Et legerũt in libro legis dei distincte et apte ad intelligẽdũ. Omnis vero ꝑpl's eleuãtes manus suas adorauerũt proni ad terrã. ¶ Illud quoqꝫ p̄tereũdũ nõ est. ꝙ euãgelijs q̃ in eccl'ijs legũt' gn̄alit' due p̄facões p̄mittũt'. Primo est iniciũ sci euãgelij. Scđa sequẽtia sancti euãgelij. S iq̃de p̄a p̄facõ p̄mittit' p̄ncipio cuiuslibꝫ euãgelij. q̃tuor euagelistaꝝ. scꝫ euãgelio ioh. In p̄ncipio eãt verbũ. euangelio mathei. Liber gn̄atiõis. euangelio luce. Fuit in diebꝫ herodis. ⁊ euangelio marci. P̄ncipiũ euangelij ihesu xp̄i. qđ in quibusdaꝫ eccl'ijs legit' in p̄ma dñica de aduẽtu vt ibi dicetur. ⁊ tũc nõ sbicit' illis. In illo tp̄e. qꝛ in ipis p̄ncipijs agit'. et detmĩnat' certũ tẽpus. Vñ esset nugacõ ⁊ supfluerẽt verba illa. Scđa vẽo p̄facõ p̄mittit' oĩbꝫ alijs euagelijs. Et dr̄ sequẽtia. qꝛ verba ipa q̃ legẽda sũt. secũtur post iniciũ seu post ea q̃ p̄cedunt in euãgelio vñ supta sũt. vñ cũ dr̄ sequẽtia. supplẽdũ ẽ. sũt verba sci euãgelij ⁊c̄. vel sequẽcia ẽ numeri singl'aris. ⁊ tũc cũ dr̄ sequẽcia sci euãgelij scđm iohem supplet' hec ẽ. ¶ Sane in euangelijs quibꝫ ipa scđa p̄facõ ꝑponit'. sbicit' q̃nqꝫ. In illo tẽpe. ⁊ q̃nqꝫ non sbicit'. Siquidẽ siue. In illo tp̄e dicũtur. qn̄ ex eoꝝ verbis certũ ẽ de tp̄e vt p̄missum ẽ. et tũc incipiunt p aliquam detmĩacõeꝫ regie vel alteri' potestatis vt illud. Anno q̃ntodecimo tiberij. vel p simplicẽ rei geste narracõem certũ tẽpus detmĩnãtem. vt illud. Cum essꝫ desponsata. ⁊ illđ. Postq̃ꝫ ɔsũmati sũt. et illud. Cũ nat' essꝫ ihesus. et illud. Factũ est autẽ cũ baptizaret'. et illud. Cũ essꝫ ihesus ãnoꝝ duodeci et illud. Postq̃ꝫ impleti sũt dies. et illud. Vespere autẽ sabbati. et illud. Elizabeth impletũ est ⁊c̄. Reliq̃s vero euangelijs sbicit'. In illo tp̄e. et ẽ sensus

In illo tempe. scʒ grē. de quo dicit apls. Ecce nūc
tēp9 acceptabile rc̄. Non est etiam omittēdū ꝙ eu-
āgeliū legit' in ecclia qn̄qȝ scd̄ʒ historiā. vt illud qd̄
dicit' in die pasce. Maria magdalēa ꝛ maria Ja rc̄.
Et illō qd̄ cātat' in natali ad scd̄aȝ missam de pasto-
ribȝ. Qn̄qȝ scd̄m allegoriā vt illō qd̄ legit' in assum-
ptione beate marie in quo mēcio fit de maria ꝛ mar-
tha vbi dr̄. Intrauit ihesus in quoddā castellum rc̄.
ꝓut ibi in. vij. pte dicet'. Qn̄qȝ scd̄m rem vt illud
de sancta trinitate. Qn̄qȝ scd̄m psonā. vt illud qd̄
dr̄ pluralit̄ dona. munera. sacrificia. qꝛ panis ⁊ vinum
priusqꝫ ꝯsecrāt̄. et diu̇se sūt spēs sbstāciaꝝ. ⁊ diu̇se
sbstātie spēꝝ. ſꝫ vbi cōsecracō celestis accesserit. spēs
quidē remanēt. ſꝫ substātie ꝯuertūtur. Itaqꝫ diuersa
sūt ꝯtinentia. ſꝫ vnicū ē cōtentū. Nā idem sub vtraqꝫ
spē ꝯtinet̄. licet nō in idem vtraqꝫ sbstācia ꝯūtatur
sic infra planius ⁊ plenꝰ ondet̄. Dicūt eciā ⁊ illiba-
ta. qꝛ panis et vinū scificāt̄ in sacrosc̄m corpꝰ ⁊ im-
maculatū sanguinem ihesu xpi. Nō enim dicūt̄ illiba-
ta. quasi nō dū gustata. ſꝫ pocius dicūt̄ illibata. id est
immaculata. q̄ sine macula cordis et corpis oportet
offerri. q̈tenus et cor ab iniq̄tate. ⁊ corpꝰ ab immū-
dicia purget̄ anqꝫ offerāt̄. Qm̄ vt ait aplus. Qui-
cūqꝫ mādu cauerit panē. ⁊ biberit calicē dn̄i indigne
reus erit corpis ⁊ sanguinis dn̄i. Probet aūt seipsum
homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. q̇ enim
mādu cat et bibit indigne iudiciū sibi mādu cat et
bibit. Dicūt̄ ergo illibata. id est sine labe. sic agnꝰ
paschalis immaculatꝰ q̇ sig̃ficat xp̄m q̇ ē sine macu-
la. id ē ruga. vel illibata id ē incorrupta. nō qꝛ sbstā-
cia panis et vini corrūpi nō possit. ſꝫ qꝛ corpus et san-
guis filij dei in q̄ vtute verboꝝ spēs iā trāsbstāciate
sūt corrūpi nō possunt. Vn̄ psalmista. Nō dabis sc̄m
tuū vidē corruptiōem. Tercō dicit illibata. ad notā-
dū ꝙ nullꝰ extraneus ad fidē debꝫ approximaē illis
vt dicet̄ in tercia pticula sup verbo. Cōmunicātes.
¶ Tria aūt sūt eccłie sacrificia. p tria q̄ fiebāt in ve. t.
figurata put dictū ē in ꝓhemio huiꝰ ptis. Sequitur
In ꝑmis q̄ tibi offerimꝰ ⁊c̄. ¶ Sane legalis pōtifex
ingrediēs in scā scōꝝ orabāt. vt dcm̄ est in ꝓhemio
huiꝰ ptis. ⁊ xp̄s an passionē orauit se glificari. disci-
pulosqꝫ ꝯseruari. Et nūc eciā sedēs ad dextrā patris
interpellat ꝓ nobis. sic ⁊ nr̄ minister sequēs aaron et
xp̄m ꝓ tota supplicat ecclia. q̄ ꝯsistit in p̄latis ⁊ subie-
ctis ⁊c̄. Licet aūt vnꝰ tm̄ sacrificiū offerat. tn̄ plalit̄er
dic. offerimꝰ. qꝛ sac̄dos nō tm̄ in sua. ſꝫ in tocius ec-
clesie psona sacrificat q̄ ꝓpter in sacramēto corpis xp̄i.
nil a bono maius. nil a malo minꝰ. pficitur sacerdote
put dcm̄ ē in ꝓhemio huiꝰ ptis. ¶ Veꝝ nobis hic
vestigādum occurrit. quibꝫ ⁊ ꝓ quibꝫ. et qualiter
⁊ quare. debeamus sacrificiū altaris offerre. Et q̄dez
hec q̈tuor ex ipso canone colligē possumꝰ euidenter
q̇bꝫ soli deo vꝫ indiuidue trinitati ꝓ q̇bꝫ ꝓ ecc̄ia scā
catholica vꝫ ꝓ omibꝫ orthodoxis q̈liter in vnitate fi-
dei. vꝫ in cōmuniōe scōꝝ. q̄re ꝓ bñficijs corpalibus
spūalibꝫ et eternis. ſꝫ omibꝫ ꝓpt̄ deū. Primū notat̄
ibi. Tibi reddūt vota sua eterno deo viuo et vero.
Scđm ibi. ꝓ eccła tua scā catholica Tercium ibi. cō-
mūicātes et memo. ve. Quartū ibi. ꝓ redēptione
animāꝝ suaꝝ ꝓ spe. sa. ⁊ incol. sue Sacrificiū ergo lau-
dis offert̄. ⁊ gn̄aliter pro cunctis. ⁊ specialiter pro
q̇busdā. scꝫ pro p̄latis q̄ sūt iuxª aplm̄ in sblimitate
ꝯstituti. et ꝓ subditis. ꝓ viris ⁊ mulieribꝫ. pro sacer-
dotibꝫ. ⁊ astātibꝫ. pro nobis ⁊ nostris. De p̄latis et
sub ditis ibi. vna cū famulo tuo pp̄a nr̄o et omnibꝰ
orthodoxis. De viris ⁊ mulieribꝫ ibi. Memēto dn̄e
famuloꝝ tuoꝝ famulaꝝqꝫ tuaꝝ. De sac̄dotibꝫ ⁊ astā-
tibꝫ ibi. omniū circūstātiū. et qui tibi offerūt hoc sac̄-
ficiū. De nobis et nostris ibi. ꝓ se suisqꝫ omibꝫ. sic g̊
exponēda ē lr̄a. Que tibi offerimus in ꝑmis. id est
pn̄cipaliter pro ecclia tua scā catholica. i. vniūsali.
toto terraꝝ orbe diffusa. ſꝫ fidei sacramētis vnita quā
id est vt eā pacificaē digneris vt habeat pacē ab
hereticis ⁊ scismaticis. ⁊ adunaē q̄ dispsa ē inter pfi-
dos ⁊ paganos. Vel hic dr̄. ꝙ orāndū ē pro discor-
dātibꝫ abinuicē. quā et custodiē digneris a vicijs
et demonibꝫ et regē in prosperis ⁊ aduersis. Idipsū
tn̄ videt̄ esse pacificaē qđ adunare custodiē ꝙ re-
gē. Tūc enim pacificat cū fideliū mētes adunat. ut
ꝑ spm̄ sc̄m caritate diffusa. multitudinis credentiū
sit cor vnū ⁊ anima vna. Tunc custodit cū int̄ mūdi
picula regit. vt de sancto mittēs auxiliū eam de syō
tueat̄. licꝫ enim in apoc̄ septem scribat̄ eccl̄ijs. vna
tn̄ in cāticis ē colūna. Nā sapia edi. si. do. ⁊ excidit
co. septē. vna igit̄ est eccła septē ordinibꝫ distribu-
ta. vel septē crismatibꝫ insignita. quā ip̄e pacificat
et adunat. Ille custodit et regit qui ꝓpter ipiꝰ re-
gimen et numen vnū ꝓposuit vniūsis vt omes ab
vno sicut corpꝰ a capite gubernēt̄ pro quo statim
oratur cū dr̄. vna cū famulo tuo pp̄a nr̄o. q̄ vba ad-
didit clemēs pp̄a. Nā vt inq̇t pelagius pp̄a. ꝯstat ab
vniūso orbe sepatos esse. qui q̈libet dissensiōe inter
sacra misteria aplici pōtificis meōriam scđꝫ cōsuetu-
dinem nō frequētant. qui vero nō sūt de romana di-
oc̄. ꝓ suo q̈ꝫ dn̄t oraē pontifice. q̇teꝰ unitatē spūs in
vinculo pacis obsuet. Vn̄ dn̄t dicē vba sequēcia
scꝫ. ⁊ antistite nostro. Antistes tn̄ ip̄e celebrās nō
debꝫ ea dicē. Quod vero addūt quidā de ātistite ⁊ re-
ge. noua tradicō ē. vbi orandū esse pro p̄latis ostē-
ditur. orādū etiā eē pro pn̄cipe apl's docꝫ ad thymo.
.ij. c. Obsecro inq̇t ꝑmo omi fieri obsecracōs. oraci-
ones. postulacōes et graꝝ actōes. ꝓ omibꝫ hominibꝫ
pro regibꝫ. ⁊ omibꝫ qui in sblimitate sūt cōstituti.
vt quietā et trāquillā vitā agamꝰ in omi pietate. ⁊
castitate Sicut enim due sūt vite celestis vꝫ ⁊ terre-
na. vna q̄ spūs viuit ex deo. et altera qua caro viuit
ex spū. ita due sūt potestates. ecclastica vꝫ et mū-
dana. vna q̄ moderat̄ spūalia. et altera q̄ moderat̄
carnalia. Ista p clericos. et illa p laicos. pꝰ vtrāqꝫ
potestatē orandū ē pro omibꝫ orthodoxis. q̇ vtrāqꝫ
fidē catholicā vꝫ et aplicā venerāt̄ et colūt. et sic he-
retici et scismatici excludūt̄. Orthodoxi enim q̈si
gliantes. dicunt̄ qui vꝫ deum recte fidei cōfessione
glorificant. d. ij. parte canōis

Memēto dn̄e famuloꝝ famulaꝝqꝫ tuaꝝ
et omniū circūstātiū ⁊c̄. Scđa ps in q̄ etiā
ostēdit̄ orandū esse pro subditis. Et ex
hac iūctura verboꝝ euidēter ꝯuicit̄. ꝙ in hoc loco
debeat sac̄dos specialit̄ viuos quos voluerit memo-
rare. qm̄ sub sequēti. Memento defunctoꝝ poterit
agere meōriaz specialē. Hinc etiā euidēter apparꝫ
q̈ꝫ sc̄m sit et salubre missaꝝ interesse misterijs. cum
sacrificium euckaristie pro circūstātibꝫ specialiter
offerat̄. ¶ Veꝝ cū deus nichil ignoret. nec alicuiꝰ

valeat obliuisci quid ē qꝺ petimus. ut deꝰ meminerit
nr̄i. Porro deus dr̄ scire quos approbat. Vñ nouit dn̄s
qui sūt eius. Et dr̄ nescire quos reprobat. Vñ. non
noui vos. Rursus dr̄ obliuisci maloꝝ. cū malus ad
bonū reuertit̄. Vñ si impius egerit pn̄iam om̄iū ini-
quitatū eius nō recordabor. Et dr̄ obliuisci bonorum
cū bonus ad malū puertit̄. Vnde si iustus a iusticia
sua se auerterit. om̄es iusticias eius nō recordabor.
Deus etiā qn̄qꝫ recordat̄ ad miserēdum. Vñ. memē-
to mei deus meus. qꝛ ventus est vita mea. Qn̄qꝫ ad
puniēdū. vñ. Memēto dn̄e filiaꝝ edom in die iero-
salem. Petimꝰ ergo nō vt nr̄i meminerit. sꝫ vt nostri
misereat̄. Scḋm illud. Reminiscere miseracōnū tuarū
dn̄e. et mi. t. q̄ a. s. s. Sequit̄. Quoꝝ tibi fides cogni-
ta est et nota deuocō ⁊c̄. q̄ꝫ q̄ ꝓpiciaris fidelibꝫ et de-
uotis. q̄ solus vides in cōsciētijs. qꝛ recte credāt. et
deuote te diligāt vtpote renū scrutator. ⁊ cordiū deꝰ
sciētiaꝝ dn̄s. occultoꝝ om̄iū pscrutator. in cuiꝰ cōspe-
ctu nulla creatura ē inuisibilis. Pro q̄bꝫ tibi offeriꝰ
vel q̄ tibi offerūt hoc sacrificiū laudis ⁊c̄. quasi dicēt.
Memēto dn̄e nō solū eoꝝ pro q̄bꝫ offerimꝰ sꝫ etiam
sacerdotū q̄ offerūt hoc sacrificiū laudis ⁊c̄. Cū enī sac-
dos offert pro populo. nichilominꝰ et pro se vel iḋo
dicit. Pro q̄bꝫ tibi offerimꝰ. vel q̄ tibi offerūt. qꝛ
nō solū offerūt sacerdotes. sꝫ et vniūsi fideles. Nā qꝺ
specialit̄ adimplet̄ ministerio sacerdotū. hic vniūsalr̄
agit̄ uoto fideliū. vel. Pro q̄bꝫ offerimꝰ scꝫ actu.
vel. Qui tibi offerūt scꝫ deuocōe. Dicit̄ autē sacrificiū
laudis. scḋm illud apl̄i. Quicq̄d facē debetis om̄ia in
laude dei facite vt deꝰ laudet̄ in nob̄. Scḋo sacrificiū
laudis dr̄. qꝛ xp̄us gr̄as agens illud instituit. prout
dicet̄ in. vj. pticula sup verbo. gr̄as agens. Tercio
ideo qꝛ cū deo quicq̄ꝫ offerimꝰ sua sibi reddimꝰ nō
nr̄a largimꝰ. Vñ si esuriero nō dicā tibi. meꝰ ē enim
orbis terre et plenitudo eius. Ergo immola deo sac-
rificiū laudis et redde altissimo vota tua. Quarto qꝛ
deū laudaē debemus nō solū. qꝛ passus ē pro nobis
etiā nobiscū ē quotidie vsqꝫ ad cōsūmacōem vite vel
qꝛ nō solū se dedit pro nob̄ in pciū. sꝫ etiā qꝛ dedit se
nob̄ in cibū. vt p pciū redimēt nos a morte. p cibū
aleret nos ad vitā. vñ. Qui māducat me viuit ꝓpt̄
me. pro se et egehis ē. i. exposicō eius qꝺ sequit̄ scꝫ.
pro redēptione animaꝝ nr̄aꝝ. Pro spe sa. ⁊ inco. sue
Sequit̄ suisqꝫ om̄ibꝫ ⁊c̄. vꝫ cōsang̃neis. vel affinibꝫ
familiaribꝫ. vel amicis. licet enim diligē teneamur
etiam inimicos. Secūdum illud. Diligite inimicos
vr̄os. Seruaē tn̄ debeꝰ ordinē caritatis qui incipit
a seipso. Scḋm illud. Introduxit me rex in cellam
vinariam. et ordinauit in me caritatem. Nā et apl̄s
ait. Dū tēpus habemꝰ operemur bonū ad om̄es. Ma-
xime aūt ad domesticos fidei. p redēpcōne animaꝝ
suaꝝ ⁊c̄. q̄si non pro tpali lucro vel appetitu terenoꝝ
sꝫ pro spe salutis et incolumitatis sue id est pro salute
vel incolumitate sperāda. spe enim salui facti sumus.
pro salute quidē mētis. et incolumitate corpis. Nam
vtraqꝫ sanitas ē ab illo. qui dicit. Salus populi ego
sū. Veꝝ vtraqꝫ sanitas prouenit ex redēptiōe aīe.
id ē de remissione peccati. sic ecōtra de reatu peccati
procedit infirmitas vtriusqꝫ. Iux̄ sentēciā veritatis.
Ecce sanus inq̄t factus es iā noli peccare. ne deteriꝰ
aliquid tibi cōtingat. ¶ Porro tria sūt hominis bona
corpalia. spūalia. et eterna. vꝫ infima. media. ⁊ sup-
ma. ꝓ quibꝫ sacerdos dic̄ se offerre. ꝓ corpalibꝫ id ē

ꝓ incolumitate. ꝓ spūalibꝫ. i. ꝓ redēpcōe. ꝓ eternis
id ē ꝓ salute. Nā et dn̄s docꝫ nos ꝓ hijs tribꝫ orare.
vꝫ pro eternis. Vñ adueniat regnū tuū. Pro spiri-
tualibꝫ. Vnde fiat volūtas tua sic in celo ⁊ in terra
Pro corpalibꝫ. Vnde. Panē nr̄m quotidianū d. n.
hodie. ¶ Offerimꝰ ergo sacrificiū pro eternis. vt detur
nob̄ in p̄miū. Pro spūalibꝫ. vt detur nob̄ in meritum
Pro corpalibꝫ. vt det̄ nob̄ ad adminiculū. vt p hec et
ista. puemiamꝰ ad illa. Veꝝ cū dicat aplus. qꝙ ꝟtꝰ
in infirmitate pficit̄. Et iteꝝ. cū infirmor. tūc forci-
or sū. quid ē qꝙ pro corpali incolumitate sacrificiū lau-
dis offerimꝰ. n̄ vt nob̄ cōsuata vel rēddita sanitate
gr̄aꝝ actōnes in eccl̄a referamus. Sequit̄. Tibiqꝫ
reddūt vota sua ⁊c̄. Vota sua dicūt̄ que volūtarie
promittūt̄. qꝛ volēter ⁊ libēter deo vouē ⁊ votū red
dere debemus. Veꝝ cū nr̄a donemꝰ. ⁊ aliena rēddaꝰ
quō vota si sua sūt reddūt. ⁊ nō pocius donāt. vel si
reddūt quō sua sūt ⁊ nō pocius aliena ¶ Sane votū
bonū et hominis ⁊ dei ē. sꝫ dei ꝓpt̄ aūctatem grē. hominis
ꝓpt̄ libtatē arbitrij. ꝓpt̄ qꝺ dicit apl̄s. Nō aūt ego
sꝫ gr̄a dei mecū. De vij. pte canonis

Cōmunicātes. tercia ps. Ciricius ppa addi
dit hec verba. Cōmunicātes et me. ⁊c.
Sane pōtifex vt lex iubeat thuribulū vi-
uis carbonibꝫ plenū. intra sancta scōꝝ secū portabat
sic in prohemio huiꝰ ptis dcm̄ ē. Et xp̄s carnis sue
thuribulū om̄i ꝟtute plenū tulit ad astra. sic ⁊ sacer
dos nr̄ xp̄i vicē tenēs. vacuus a peccatis. ⁊ plenus
ꝟtutū odoribꝫ ad sacrificiū altaris accedē debꝫ ¶ Cō-
mūicantes et memoriā venerātes. Cōmunicaē idē
est qꝺ pticipaē. qꝛ scōꝝ ⁊ āgeloꝝ pascuis cōmūcaē
debemꝰ. Quatuor aūt modis in ecclia cōmūcat̄. p
ut dicet̄ in. vj. pticula sup ꝟbo. Qui pridie. ¶ Me-
moriam venerāri idem est qꝙ memoriā honorabilit̄
colē. qꝙ btā maria virgo p aduētū. s. s. genitrix fcā ē
filij dei ihesu xp̄i dn̄i nr̄i q̄ deus et homo est. ¶ Illud
aūt notādū ē. qꝙ secreta nō tota simul ab vno. sꝫ pti-
culatim a pluribꝫ ex eo ꝓpēdit̄ fuisse cōposita. quia
ter in ea scōꝝ cōmemoracō repetit̄. licꝫ hoc ipm ꝓ-
uenerit ad laudē ⁊ gl̄am trinitatis. In scḋa quippe
cōmemoracōe supplent̄. qui de p̄initiuis sanctis deesse
videbāt̄ in p̄ma. Veꝝ in ea cōmemoracōe q̄ fit an̄
cōsecracōem corpis xp̄i postulat̄ scōꝝ suffragiū In
ea vero q̄ fit pꝰ cōsecracōem corpis xp̄i scōꝝ cōsortiū
imploraẗ. qꝛ nimiꝝ anq̄ꝫ corpꝰ xp̄i. qꝺ ē vniūsalis
ecclia cōsecret̄. i. anq̄ā regnū adueniat. necc̄rium ē
nob̄ in via scōꝝ suffragiū vt meritis eoꝝ et p̄cibus
diuine protectōnis muniamr̄ auxilio. sꝫ vbi corpus
xp̄i fuerit cōsecratū. i. vbi regnū aduenit. asseq̄mr̄
in patria scōꝝ cōsortiū. vt societatē et ptē cū sanctis
apl̄is et martiribꝫ habeamꝰ. In via q̄ppe cōmūcaꝰ
cū scis p fidem quā ipi hic habuerūt. ⁊ nos habeꝰ
In patria veō pticipabimꝰ cū scis p spem. quā ipi
hn̄t et nos habebimꝰ. Nos enim fidē habemus et
spem. ⁊ illi spem hn̄t et rem. nos pcurrimus stadiū
isti possidēt brauiū. nos pugnaꝰ in via. illi triūphāt
in patria. Cōmūcamꝰ igit̄. ⁊ memoriam venēamr̄
apl̄oꝝ ac martiꝝ. ⁊ p̄cipue gl̄ose virginis dei geni-
tricis marie. vt eoꝝ suffragio de fide pducamr̄ ad spē
de stadio puemiamꝰ ad brauiū. de via ad patriā trā-
seamꝰ. In p̄mis autē nomiat̄ nomē btē marie. qꝛ
ipa eū qui oblaturꝰ ē. ⁊ q̄ vera hostia ē. genuit. ⁊ in
celis obtinet p̄ncipatū. Nominat̄ et duodecim apl̄i.

et duodecim martires. q̃ om̃es hui⁹ sacrificij testes fuerũt. ⁊ passionẽ xp̃i verbis et effusionis sanguinis testimonio ꝓbauerũt. In hac aũt cõmemoracõe scõꝝ illud obseruat eccl̃ia. qꝛ antiquitas agẽ cõsueuit. vt in oracõnibꝫ suis recolat patꝝ memoriã. quaten⁹ eoꝝ meritis suffragãtibꝫ. facilius obtineat qḋ implorat. sic ⁊ moyses ꝓ peccãte populo intercedẽs. patꝝ memoriã imposuit dicẽs. Recordare abrahã ysaac ⁊ iacob seruoꝝ ⁊c̃. exo. xxxij. sic ⁊ azarias orasse legit̃ in fornace. ne quęs auferas misericordiam tuã a nob̃ dñe deus nr̃. ꝓpter abrahã dilectũ tuũ. ⁊ ysaac seruũ tuũ. ⁊ israhel scm̃ tuũ. Et qm̃ extra vnitatẽ eccl̃ie nõ est locus offerẽdi sacrificiũ vnitatis. ideo scõꝝ memorie cõmunica⁹ in sacrificio. quaten⁹ in cõmuniõne scõꝝ sacrificiũ offera⁹. Nã sic vnus panis ex multis granis. et vnũ corpus ex multis mẽbris. sic ex multis fidelibꝫ vna cõstat eccl̃ia. Scriptũ ẽ enim alienigena non vescet̃ ex eis. qm̃ scã sũt. ⁊ ideo solũ illũ ad esũ ei⁹ hui⁹ agni recipimus. q̃ nr̃e cõiũctus ẽ domui. viꝫ omnem domesticũ fidei a principe vsqꝫ ad plebeũ. a ꝓp̃lo vsqꝫ ad publicanũ. Scripserũt aũt quidã. qꝛ qꝛ sacerdos legalis scripta habebat in logion noĩa duodecim tribuũ seu patꝝ. exo. xxx. Ideo in hui⁹ rei memoriaꝫ presbr̃ noĩat memoriã btẽ virginis ⁊ aploꝝ et quorũdã martiꝝ. Sed cũ eccl̃ia inter scõs magnifice memoriã cõfessoꝝ veneret̃. quare in canone nõ fit de illis cõmemoracõ. Rñderi potest qꝛ canõ prius fuit editus q̃ꝫ memoriaꝫ scõꝝ cõfessorũ eccl̃ia celebraret. Nã om̃es fere sci q̃ in canone cõmemorant̃. precessere siluestrũ. preter iohãem et paulũ et marcellinũ ⁊ petrũ. q̃ proximo successerũt. Eccl̃ia vero p⁹ tpũs bt̃i siluestri cepit memoriã scõꝝ cõfessoꝝ venerari. Canõ aũt ex eo cõuincitur precessisse. qꝛ aploꝝ catholog⁹ nõ ita reperit̃ in illo dispositus sicut in emẽdatioribꝫ codicibꝫ siue in euãgelijs. Inuenit̃ enim in prioribꝫ edicõibꝫ. vt dicit ieronim⁹ nõ solũ euãgelistaꝝ mutat⁹ ẽ ordo. sꝫ etiã verboꝝ et sniaꝝ erat cõfusa cõmixtio. Potest etiã dici. qꝛ ideo in canone solum fit mẽtio de martiribꝫ. qꝛ cũ hoc sacramẽtũ sit sacramẽtũ amoris. in ipius sacramẽti misterio debꝫ solũ fieri memoria de illis. in quibꝫ specialibꝫ apparuit signũ veri amoris. In aplis apparuit p tpalium abiectiõeꝫ. In martiribꝫ p corpoꝝ tormẽtis expositiõem. de primo mathei. xix. Ecce nos reliquim⁹ om̃ia ⁊c̃. De scḋo sap. iij. Et si coram hom̃ibꝫ tormẽta passi sũt ⁊c̃. Rursus ideo nõ fit mẽcõ de cõfessoribꝫ qꝛ illi nõ sũt passi sicut xp̃us. cuius passionis ẽ memoriale hoc sacramẽtuꝫ.

¶ Greg. iij. addidit hec verba. scꝫ illa. q̃ in quibusdã eccl̃ijs dicunt̃. s. quoꝝ solẽnitas hodie in cõspectu tue maiestatis celebrat̃. Dñe deus nr̃ in toto orbe terrarũ.

¶ Terminat̃ aũt hec particula. p eũdeꝫ dñm nostrum. Sicut enim p filiũ om̃ia fcã sũt. ita et p ipm̃ hn̄t oĩa esse reparata et terminata. Et scḋm quosdaꝫ non debet hic rñderi. amẽ. neqꝫ vsqꝫ ad fractiõeꝫ hostie qꝛ angeloꝝ chorus scõ ministerio assistẽs. rñdet amẽ. hoc tamẽ non vbiqꝫ seruat̃. de hoc dicet̃ in. xj. particula.

Hanc igitur oblacõem d' iiij pte canõis

Quarta ps. Et hoc dicẽdo sacerdos in quibusdã eccl̃ijs ꝓfunde se inclinat. ¶ Sane legalis põtifex orãs. fumo thimiamatis obũbrat̃. ⁊ tegebat̃. ne pateret alicui dũ cremaret incensum. sicut in ꝓhemio huius ptis dcm̃ ẽ. Et xp̃us dũ prem interpellat ꝓ nob̃ angeloꝝ transit intuitũ. quia intelligi nõ potest quantũ pñcia supre carnis impetret apud patrẽ ꝓ nob̃. Sacerdos q̃ꝫ dũ vicẽ xp̃i gerit. quodãmõ tegit̃ et latet. qꝛ nec cogitari nec narrari potest quãta virtus ⁊ potẽtia sit in verb̃ ei⁹ in hoc misterio qꝛ latet hoĩes ⁊ ãgelos. Ad qḋ repñtãdũ in quibusdã eccl̃ijs sacerdos secretã intrãs. quibusdã cortinis que tũc extẽdunt̃ quasi tegit̃ et velat̃. seruitutis nr̃e. i. mee ⁊ cũctoꝝ q̃ tibi seruiũt et famulant̃. Et nota qꝛ due sũt seruitutis species. vna q̃ soli creatori debetur. q̃ dr̃ latria. Altera q̃ creaturis impẽdit̃ que vocat̃ dulia. quasdã enim creaturas possum⁹ inter om̃ia venerari. Vtrãqꝫ spẽm dñs determinat dicẽs Reddite que sũt cesaris cesari. ⁊ q̃ sũt dei deo. Vñ versus. Latria fit dño. debetur dulia seruo. Ad corpus xp̃i fertur p dulia vere. Latria ergo est seruiciũ siue cultus soli deo creatori debitus quẽ debem⁹ sup om̃ia reuereri. Ad eam quidẽ ptinẽt. tẽpla. ⁊ altaria sacerdotia. sacrificia. festiuitates. cerimonie ⁊ huiusmodi. q̃ solo deo sũt exhibẽda. Iuxͣ illud dñm deũ tuũ adorabis. et illi soli seruies. id ẽ soli deo seruiturẽ adoracõnis impẽdes. Nõ enim scis ⁊ ãgelis ad honorẽ dei. sꝫ poci⁹ deo ad honorẽ scõꝝ et ãgeloꝝ dedicant̃ templa. et altaria cõsecrãt̃. ⁊ sacrificia offerũt̃. nec ipis adoracõnis seruitus. sꝫ soli deo impẽdit̃. vt dicet̃ in ꝓhemio. vij. ptis. ne si sec⁹ fiat nõ theosobie cult⁹ exhibeat̃. sꝫ idolatrie crimẽ incurrat̃. seruiẽdo creature tãquã creatori. ⁊ mutãdo gl̃am incorruptibilis dei. in similitudinẽ corruptibilis hom̃is. Si igit̃ nec hom̃ies nec ãgeli adorãdi sũt. attẽdãt quid agũt. qui sub pretextu cuiusdã religionis seu pietatis diũsas adorant imagines. Nõ enim licet manufcm̃ aliquid adorare. ut ꝓbatũ ẽ. in pte prima sb̃ ti. de picturis. Vna quidem tm̃ ẽ dei pr̃is imagõ. quã vna cũ pr̃e adoracõe venerari debe⁹. s. vnigenitũ dei filiũ ihesũ xp̃m. q̃ ẽ splẽdor gl̃e. et figura sb̃stãtie eius. cuius nõ solũ deitatẽ. sed etiã hũanitatẽ adorare debem⁹. Iuxͣ illud. Adorate scabellũ pedũ eius qm̃ scm̃ ẽ. Ceteras vero imagines et creaturas sacras ⁊ scãs. id ẽ ãgelos. hoĩes. ⁊ sacramẽta nõ latria sꝫ dulia possum⁹ venerari. De adoracõe ãgeloꝝ. legit̃. qꝛ abrahã oculis eleuatis in cõualle mãbre. tres vidit et vnũ adorauit ex ãgelis. Loth q̃ꝫ duobꝫ ãgelis intrãtibꝫ ciuitatẽ occurrẽs adorauit petẽs vt in domũ suã hospicio declinarẽt. De adoracõe hom̃inũ legit̃. qꝛ iacob vidẽs esau venientẽ precessit vtrãqꝫ turmã. ⁊ ꝓnus in terrã septies adorauit. Filij q̃ꝫ iacob adorauerũt ioseph in egipto. De adoracõe sacramẽtoꝝ dicit eccl̃ia. Crucẽ tuã adoramus dñe. Et alibi legit̃ xp̃iani sacras imagines pie venerãt̃ et adorãt. Sequit̃ dies q̃ꝫ nr̃os. Et nota qꝛ leo papa adiũxit in fra actiõem. Hãc igit̃ oblacõeꝫ vsqꝫ. Placat⁹ accipias. Beat⁹ aũt greg. has tres peticõnes in canone dr̃ addidisse. Prima est diesqꝫ nr̃os in tua pace disponas supp. p eũ q̃ ꝓ nob̃ ẽ traditus in man⁹ eoꝝ q̃ pacẽ oderunt. Scḋa ab eterna dãnacõne nos eripi supp p eũ q̃ ꝓ nob̃ tpali morte damnat⁹ est. Tercia ⁊ in electorum iubeas gregẽ numerari supp p eũ qui ꝓ nob̃ damnat⁹ ẽ cũ iniquis In pace tua ⁊c̃. Et nota qꝛ est pax peccatorum. pax iustoꝝ. q̃ dicit̃ pax peccatoꝝ siue spuãlis. pax tpis ⁊ pax eternitatis. De pace peccatoꝝ dicit psalm⁹. zelaui sup iniquos pacẽ peccatoꝝ videns. Et de pace iustoꝝ dicit aplus. Fruct⁹ spũs est. caritas gaudium. pax patientia. Hanc reliquit dñs aplis dicens Pacẽ relinquo vobis. De pace tpis inquit ꝓpheta.

Orietur in diebꝫ eius iusticia et abundantia pacis
De pace eternitatis dñs dixit aplis. pacem meam do
vob. nō quō h mūd⁹ dat. ego do vob. Pro hac tplici
pace. ter oram⁹ in missa Primo in hac oracōe Hanc
igit ibi. diesq3 nr̄os in tua pace dispone. Scd̄o in
oracōne libera nos ibi. Da ꝓpicius pacē in diebus
nostris. Tercio ibi. pax dn̄i. da nob pacē vt de pace
tpis. ꝑ pacē peccatoris trāseamus ad pacem eternita-
tis. Ob hoc etiā sacd̄os in missa ter osculat̄ altare.
vꝫ in pncipio canonis. d. vti accepta ⁊c. ⁊ in oracōe
Supplices. et p⁹ oracōem. dn̄e ihesu xpe qui dixisti
aplis. licꝫ quidā nomēs osculet̄. vt in sui adiutoriū
ad hoc impetrādū. nouē choros vel ordines āgelorū
in qbꝫ oms sci locati vl̄ locādi sūt inuocēt ⁊ inducāt.
vl̄ hoc faciūt qsi grās agētes de nouē ordinibꝫ quos
quilibꝫ sacd̄os gradatim suscepit. Circa huiusmōi
altaris oscula notādū ē. q sacd̄os ea facit tribꝫ tē-
poribꝫ in missa. Juxta tria quibꝫ indiget. et alia tria
ab eo in altari agēda. Primo enim facit qdā oscula
añ collocacōnē hostie ⁊ calicis. scilicꝫ qn̄do pmo ad
altare accedit. ⁊ qn̄ ad pmā collectā dictur⁹ ē. dn̄s
vobcū. ⁊ iterꝫ p⁹ euangeliū dictur⁹ est. dn̄s vobcū.
q oscula facit vt fiat dignus minister in sacrificando.
Scd̄o facit alia p⁹ collocacōnē calicis ⁊ hostie priusq3
q3 dicet scilicꝫ dcūr⁹. Orate fratres ⁊c. et qn̄ in cano-
ne dicit Vti accepta Et quando dicit. Ex hac altaris
participacōne. Et finita orōne illa. Dn̄e ihesu xpe q
dixisti aplis. q facit vt sit mist⁹ in xpi corpe recipiēdo
Tercio vero facit alia. postquā cōmūicauit scꝫ dcūr⁹
Dn̄s vobcū. añ postcōmunionē. ⁊ cōpleta orōne. Pla-
ceat tibi scā ⁊c. que facit vt sufficiens inueniatur. et
gracias deo ꝓ receptis referēdo. Verꝫ oscula q fiunt
añ collocacōnem hostie ⁊ calicis. ⁊ ea q fiūt p⁹ cōsecra-
cōnem. fiūt supra altare. vizꝫ in medio eius Cū enim
sacd̄otis dignitas ⁊ auctoritas in sacrificādo. necnō ⁊
sufficientia ad referēdū gracias de acceptis. sit so-
lū a deo. a quo nr̄a sufficientia est Ideo añ calicis et
hostie locacōnē. ⁊ postquā cōsecrauit osculat̄ mediū
altaris. p qd̄ xp̄i virtutē cōsecrationis ⁊ vnctionis ibi
in mensa altaris facte. maxime repsentat̄ de⁹ in q
vniūt̄ extrema. Oscula vero q fiūt p⁹ calicis et ho-
stie collocacōnē añq3 cōmūicet. fiunt a sinistris cali-
cis ꝓpe hostiā. Ad hoc enim q sacd̄os sit iustus in
sacrificādo reqrit̄ non solū actio diuina. verum etiā
sua Vn̄ augusti⁹ Qui fecit te sine te nō iustificabit
te sine te Requirit̄ g dispoficō ex pte sui qd̄ fit si nō
resistit dmis motibꝫ. sed infusio gracie fit ex pte dei
Ideoq3 oscula q fiūt añ cōmunionē. nō directe fiūt in
medio altaris. Rursus illd̄ qd̄ ē ex nob in iustificati-
one nr̄a ē qd̄ diminutū ⁊ modicū respcū ei⁹ qd̄ ex dō ē.
Merito g fiūt a sinistra pte calicis q ē ps diminuta
⁊ obliq respcū dextre fiūt tñ iuxᵃ hostiā. tū q in iustifi-
cacōe plura et nobiliora fiūt a deo seu a xpo. tū q etiā
illd̄ qd̄ a nob ē poci⁹ hr̄et racōeꝫ mali q3 boni. nō quo-
damō essꝫ a deo p grāꝫ pueniētē. elicitū reglatū ⁊ ac-
ceptū Potest ec scd̄o dici. q ideo qn̄ calix ⁊ hostia nō
fiūt sup altaē. oscl̄a fiūt in medio altais vꝫ dircē sup
locū crucis ex crismate. in ipi⁹ cōsectiōe fci q xps stās
in medio discipl̄oꝝ suoꝝ dixit eis. Pax vob. q pax p
ipa oscula designat̄. Tercō ad designādū q sic ha-
bet̄ in cāticis. cristus ascensū in cruce purpureum
id est saguinem rubricatū. media caritate cōstrauit.
q caritas p osculū designat̄. q etiā media dr̄. q cōis
omibꝫ. ꝓ omibꝫ enim venit pati ex caritate ¶ Por-
ro fiūt oscula ipa manibꝫ sup altare depositis. Prio
ad notādū q caritas p osculū designata. opibꝫ debꝫ
iniūgi. Nā scd̄m gregor. Opat̄ magna si est. si autē
rēnuit opari amor nō ē. Scd̄o notādū q in altaris
sacrifico sacd̄os oim tpaliū curā depone et solū ipi sa-
crificō affixā mentē dꝫ habe. Tercō ad designādū q
ad hec opa eius. nō sufficit q solū dei misercda obtinet̄
Ad hoc nōnulli in locis ipis osculādis. signū crucis
cū tribꝫ extēs digitis pus impmūt. tū q oia in fide
trinitatis agēda sūt. tū q ēglariter qcquid ori appli-
cādū est. debꝫ prius crucis signaculo insigniri. Et
quāq3 altaris mēsa cōsecrata fuerit. et alia mlta crucis
signa. in ipo misse officō pcesserit. nō tñ h supfluūt
tū q non rōe ipius loci h rōe opis in loco ipo fiēdi
fiūt. tū q qn̄tūcūq3 altaris mēsa fuerit cōsecta. nesci-
tur tñ quid in loco ipo maligno spiritui pmittatur
a deo. Alia etiā mlta signa prius facta non racōne
loci. h rōe cōsecrationis corpis et saguinis xpi facta
fuerūt. Alij tñ in penltimo ⁊ finali dn̄s vobcum nec
osculāt̄ altare nec in illo impmūt signū crucis sed
se solū añ faciē suā signant et bn̄. tū q p altaris os-
culū qd̄ in fine misse fit. itelligit̄ sacd̄os oia pcedē-
tia approbare. et eis toto mētis affectu assentire.
tū q p corpis dn̄i psentiā. ois immūdus spūs. de loco
ipso credēdus est aufugisse. De osculo etiā altaris
et libri. sub. t. de altaris osculo dictum est. d. v. pte can

Quam oblacōnem ⁊c. Quinta ps. in qua
sacd̄os accedit ad dn̄ici corpis cōsecraci-
onem. d. Quam oblacōnem. id ē terenā
materiā. ad corp⁹ tui filij destinatā. tu deus qms in
omibꝫ. tota cōgtcōne. tota mte. ⁊ toto intellctu dig-
neris facere bn̄dictaꝫ ⁊c. Sane quarta feria Judas
vn⁹ ex duodecim a diabl̄o supplātat⁹ in mane. sa-
crilegiū ꝑpetrauit. dū filiū dei. xxx. argēteis vēdidit
phariseis. in recōpēsacōnē damni qd̄ incurrerat ꝓpt
effusionē vngēti qre inqt hoc vngētū nō venit tri-
cētis denarijs ⁊ datū ē egenis. Dixit aūt h nō q de
egenis ptinebat ad eū. h q fur erat ⁊ loculos hn̄s
ea q mittebāt̄ asportabat. Quilibet aūt argēteus
valebat. x. denarios vsuales. ⁊ ita damnum vngēti
qd̄ valuerat tricētos denarios triginta recōpensauit ar-
gēteis. Si vero dicam⁹ argēteos fuisse denarios
vsuales. dicem⁹ q iudas vēdidit xp̄m quasi vile
mācipiū triginta denarijs q fūt. x. tricētoꝝ denaioꝝ
quos valuerat vngētū. ꝓpt qd̄ dn̄s despectiue loq-
tur p ꝓphetā. Appēderūt inqt mercedē meā trigin-
ta argēteos. pciū appciati. q appciat⁹ sū ab eis. ad
designādū g pcij quātitatē q xps vēdit⁹ ē. sacerdos
h facit tres cruces cōmuniter sup oblatā ⁊ calicē cum
dicit. bn̄dictā. ascriptā. ⁊ ratā. Nā et tricēta parit
et. xxx. mltiplicacōeꝫ suscipiūt a trinario. postmod̄
aūt ad designādū vendicōem ⁊ empcōem duas cru
ces impmit sigillati. vnā sup oblatā. et alterā sup
calicē cū dicit. vt nobis corpus ⁊ sanguis fiat. q. d.
Jlla vendicō fuit maledca. pscripta. irrita. iniqua
et detestabilis. h tu dś hāc oblacōeꝫ digneis facere
bn̄dictā ascriptā ratā racōnabilē ⁊ acceptabilē. Ju-
das enim dilexit maledictōꝫ. et venit ei. ⁊ noluit
bn̄dictōeꝫ. ⁊ elōgabit̄ ab eo. h tu deus hāc oblacōꝫ
digneris facē bn̄dictā. p quā nos in celestibꝫ bene-
dicas. Judas delet⁹ ē de libro viuētiū. ⁊ cum iustis
nō scribet̄. h tu deus hāc oblacōem digneris facē

asseptam. p quã nos inter electos asscribas. Judas
laqueo se suspendit. et epatum eius accepit alter. Si
tu deus digneris hãc oblacõez facẽ ratã. p quã ratũ
sit nr̃e salutis pmissum. vel ratã quo ad ↄfirmacõe;
in omĩbz bonis. ne sicut capn offeram⁹. q se non deo
sed diabolo obtulit sacrificiũ. Itẽ iudas exiuit eodẽ
natus ⁊ oracio eius facta est in peccatũ. Sed tu deus
hãc oblacõem facẽ digneris racõnabilẽ. i. racione
plenã. p quã racõnabile fiat nr̃e suitutis obsequiũ
Judas qꝫ reddidit malũ p bonis. ⁊ odiũ p dilectõe
retribuit. Sed tu deus hãc oblacõem facẽ digneris
acceptabilẽ. p quã nos tibi tradas acceptos. Scd̃o
fiunt tres cruces ↄmuniter sup oblatã. et calicẽ. quia
xp̃us tria ↄmuniter egit circa panẽ ⁊ vinũ. viz. acce-
pit. bñdixit. et dedit. Postmodũ specialit' facit vnã
crucẽ sup oblatã. qz dixit. cõmedite hoc est corpus
meũ. ⁊ alterã sup calicẽ. qz dixit bibite. hic ẽ sang's
meus. Et scd̃m hũc sensũ recte subiũgit'. Qui pdie
qꝫ pateret' ⁊c. Tercio fiũt tres cruces. qz iudas ven-
didit xp̃m ad crucifigẽdũ tribz scz. sacerdotibz. scribis
⁊ phariseis. Ad notãduz ergo ↄmuniter tres empto-
res facit sacerdos tres cruces cõmuniter sup oblatã ⁊
calicẽ dũ dic. bñdictã asseptã ⁊ ratã. Ad nõnd' uẽo.
discrete vẽditorẽ ⁊ vẽditũ vel tradẽtẽ ⁊ traditũ. fac
duas cruces discrete sup oblatã ⁊ calicẽ cũ dicit. ut
fiat corpus ⁊ sanguis. Quarto tres pme cruces no-
tãt qd factũ ẽ esse ex virtute crucifixi. vel significant
tres dies quibz xp̃us pdicauit post dñicaz in ramis
palmaz. vel triduũ quo in sepulcro qeuit. vel tria
loca corpis in quibz passus ẽ. i. manus pedes et lat⁹
Due vero sequẽtes significãt diuinã et humanã natu-
ram. Vel qz xp̃us in anima et corpe passus ẽ. ⁊ fiunt
qñqz in figura qz xp̃us qũqz vulnerã habuit. vel in
qñqz crucibz. tpe legis exp̃mim⁹. qd qñqz libris di-
stinguit'. ⁊ in quolibz xp̃i passio denot'. q lex qñqz
psõis egebat'. s. iudice. rge. pncipe. pph'a ⁊ sacerdote
quibz xp̃s assimilat'. ¶ Possunt qꝫ v'ba pmissa scd̃o
modo exponi sic. petimus vt deus hãc oblacõem fa-
ciat. bñdictã. asseptã. et ratã. i. vt eã ↄsecret. appro-
bet ⁊ ↄfirmet in racõnabilẽ hostiã. et acceptabile sac-
rificiũ. vt ita nob. i. ad nr̃am salutẽ panis fiat corpus.
et vinũ sanguis dilectissimi filij tui dñi nr̃i ihesu xp̃i.
Patri quidẽ dilectus ẽ filius. sic ipe pr̃ de celo testa-
tus ẽ dic'. Hic ẽ filius meus dilectus ⁊c. Et nos eum
diligẽ debem⁹. qz ipe prior dilexit nos. ⁊ p nobis ẽ
passus. ¶ Tercio modo sic. Quesum⁹ tu de⁹ hãc ob-
lacõem facẽ digneris. bñdictã. i. vt a te spũalit' bn-
dicat'. vnde virtute pr̃is nostri. fit bñdictus fruct⁹
v'ginis marie. aseptam. i. talem. q de memoria tua
nulla possit obliuione deleri. ratam. id ẽ talem. q de
bñplacito tuo nulla possit obliuione cõuelli. racõna-
bilẽ. id ẽ talem. q tue diuine racõni ↄueniat. Refert
enim inter racõnabile et racõnale. Racõnabile dr.
qd de racõe pcedit. Racõnale vero. qd vtit' racõne.
Vñ et liber iste racionale vocat'. qz eoz q in ecclia-
sticis officijs agunt' cõtinet racões. Acceptabilem
id ẽ vt p eam tibi deo acceptem'. ¶ Quarto modo
sic. digneris facẽ bñdictã. i. spũ scõ replere. asseptã
id ẽ diuinitati asscribẽ. ratam. id ẽ in veritate. vt ad
salutẽ sufficiat solidare. Racõnabilẽ. id ẽ in nr̃a fide
acceptabilem. nostra deuocõne. ¶ Quinto modo sic
quã oblacõem tu deus omĩpotẽs digneris facẽ in oĩ-
bus bñdictã. hoc est trãsferre in eam hostiam q est
omĩmode bñdicta. asscepta. rata. racõabilis. ⁊ acce-
ptabilis. Bñdicta dr hostia salutaris. id ẽ ab omni
causa maledictõis immunis. tam originali qꝫ a-
ctuali tam criminali. qꝫ venali. sic elizabeth inquit
ad virginẽ. Bñdictus fructus ventris tui. asscepta
dicit'. i. figuris et scripturis veteribz designata. tam
in agno paschali. qꝫ in manna celesti. tam in ysaac
immolando. qꝫ in abel immolato. qm vt inquit ioh.
Hic ẽ agnus q occisus ẽ ab origine mũdi. Rata. dr
quasi nõ trãsitoria. sicut vetus lex q cessit vbi noua
successit. sꝫ q pmanet in eternũ scd̃m ordinem melchi-
sedech. Racõnabilis dr qr nõ pecualis. sic erat lega-
lis q sanguine thauroz ⁊ hircoz nõ poterat a pccõ
mundaẽ. sꝫ q sanguine xp̃o. ↄsciẽtias emũdat. ab opi-
bz mortuis. Acceptabilis dr. qr non illa. de qua dic'
pph'eta. Sacrificiũ ⁊ oblacõem noluisti sic dñs ait.
Nõ accipiã de domo tua vitulos. neqz de gregibz tuis
hircos. sꝫ illa de qua dicit ps. Tibi sacrificabo hostiaz
laudis Vñ dñs ait. Sacrificiũ laudis honorificabit
me. Et scd̃m hanc exposicõem recte subiũgit'. vt fi-
at corpus ⁊ sanguis dilectissimi filij tui do ⁊c. Patri
enim dilectus ẽ filius. Iux' illud. hic ẽ filius meus
dilectus ⁊c. Et nos eũ diligẽ debemus. qz ipe prior
dilexit nos et passus ẽ p nobis. ¶ Aug⁹ vero sic
exponit. bñdictã. p quã bñdicim'. asseptaz. p quã
in celo homies asscribim'. Ratam. p quã in visceribz
xp̃i. i. de corpe xp̃i qd ẽ eccl'a censemur. Racõnabilẽ
p quã a bestiali sensu exuim'. Acceptabilẽ. vt qui
nobisipsis displicemus. p hãc acceptabiles ei⁹ vni-
co filio simus. Subiũgẽs qz sacerdos euãgelistarum
verba assumẽs dic. Qui pridie qꝫ pateret' ⁊c. Am-
bros' dic. qz hec verba. Quã oblacõem asseptam ra-
cõnabilẽ ⁊c. sũt verba euãgeliste vsqz ibi. Accipite
⁊ mãducate ⁊ bibite ex hoc oẽs. Alij vẽo dicunt
qz allexander ppa prim⁹ addidit canoni v'ba illa
Qui pridie. vsqz hoc ẽ corpus meum. d' vi.ª pte canõis

QVi pridie qꝫ pateret' ⁊c. sexta ps. Et
hec v'ba dr allexãder ppa pmus addisse
vt pmissum ẽ. Qd aũt ab hoc loco agit'
repñtat id qd xp̃us in cena fecit. Et ẽ sensus hoz
verboz. Qui pridie quã pateret'. i. vna die añ qꝫ
ipse passus est p uobis. voluit tradẽ discipulis suis
corpis et sang'nis sui misteriũ vt illi traderẽt nobis
Quintadecima nãqz die pmi mensis q tunc exstitit
feria sexta passus ẽ xp̃us. ⁊ pcedẽte nocte vz decia-
quarta luna pmi mẽsis ad vespaz vt legis scriptura
impleret. post typicũ pascha corpis ⁊ sanguinis sui
sacramẽtũ instituit. ⁊ ecclie tradidit frequẽtanduz
Sic enim fuerat pfiguratũ in exo. decima die mẽsis
pmi. Tollat vnusquisqꝫ agnũ p familias et domos
suas. ⁊ seruabit eũ vsqꝫ ad quartãdecimã diem mẽsis
huius. Immolabitqꝫ eũ vniũsa multitudo filioz is-
rahel ad vespam. et sumẽt de sang'ne agni. ac ponẽt
sup vtrũqꝫ postẽ. et in suplimiaribz domoz. in qbz
cõmedẽt illũ. Et post pauca. est enim phase. id est
trãsitus dñi. ¶ Illud aũt notãdum ẽ qz sicut mãna
datum fuit hebreis post trãsitũ maris rubri. iam sub-
mersis egiptijs. sic eukaristia dat' xp̃ianis. post ab-
lucõnem baptismi iam deletis peccatis. vt p baptis-
mum emũdent' a malo. p eukaristiã cõfirmemur in
bono. Sicut enim mãna pplm illũ p vastitatẽ magne
solitudinis ad terrã pmissionis pduxit. sic eukari-
stia pplm istũ p incolatũ vite pñtis ad p'riaz paradisi

pducit hic dicta q̄ȧ nō aliud inuenit᷑ vocabl'm quo
digne tm̄ sacm̄etū valeat appellari. nisi ꝙ grece me-
lius dr̄ eukaristia. qd̓ latie exponit᷑ scd̓m isidorum
bona grā. vel scd̓m alios dato: grē. Viaticū ꝗ̄ re-
cte appellat᷑. quia reficiens in via reducit ad priam.
Sicut eni filijs isrl' a trāsitu maris rubri. māna nō de-
seruit donec venirēt ad terrā ꝓmissionis. ita ⁊ fideli-
bus renatis p baptismū. rubcatū ⁊ sanctificatū. san-
guine xp̄i nō deficiet eukaristia. donec veniet finis
seculi. Sed nec tūc nisi quo ad hec ꝗ vlterius non
sumet᷑ sub spē. ꝫ videbim⁹ deū facie ad faciē. ❡ Ho-
stia vero scd̓m hebreos dr̄ ab hostio. q̄m ad hostiū ta-
bernacli offerebat᷑. sed scd̓m gētiles dr̄ ab hoste. ꝗ
deuictis hostibꝫ. fiebat hostia id ē sacficiū. ⁊ victia
ꝓ uīcēdis de q̄ dcm̄ est sb̄ t. de oblacōe. ❡ Dicit᷑ ꝗ̄
hostia immolacō. ꝗ ibi xp̄s sacm̄entalr̄ immolat᷑.
qui semel in veitate ꝓ pccīs immolat⁹ est in cruce
qd̓ tractū est a mola. q̄ fiei solebat de quodā gn̄e fru-
menti. qd̓ far seu ador dr̄. qd̓ ergo in māna pcessit i
eukaristia ꝯsummat᷑. nā ꝗ̄ꝫ tālꝫ quisqꝫ p̄tē accipiat.
totā pcipit eukaristiā. sicut euenit de manna. ꝗ nec
qui plus colligerat habuit āplius. nec qui min⁹ pa-
uerat repit minus. Hāc g̊ pfigurabat panis ille ce-
lestis. de quo sapiēs ꝓtestat᷑. Panē de celo pstitit
sine labore. oīe delectamentū in se habentē. ⁊ oīs
saporis suauitatē. qd̓ de se xp̄s exponēs. Ego inqt
sū panis viuus. qui de celo descendi. si quis māduca-
uerit ex hoc pane viuet in eternū. Et panis quē ego
dabo caro mea est ꝓ mūdi vita. ❡ Et est nōndū ꝙ
in eccl'ia cōmūcat᷑ corpus xp̄i sumēdo. pacē dādo.
panē bn̄dictū ⁊ bn̄dictōeꝫ suscipiēdo. ut dicet᷑ sub
ti. de pacis oscl'o. Qui aūt vult ꝯmūcare debꝫ tiorē.
fidē. ⁊ dilectionē hr̄e. ❡ Sequit᷑ accepit panē ⁊c̄.
Hūc sacrificij ritū melchisedech legit᷑ p̄mus cele-
brasse. offerēs panē ⁊ vinū. Erat eni sacd̓os dei altis-
simi vn̄ dd̓ inqt ad xp̄m. Tu es sacd̓os in etnū ꝫ. or.
mel. ⁊c̄. Sacrificiū igit᷑ euāgelicū pcessit legale. nō
solū dign̄tate. sed etiā tēpore. sicut aplus plen⁹ os-
dit in epl'a ad hebreos. Ideo vero panē ⁊ vinū in sa-
crificiū corpis ⁊ sang̓nis sui xp̄s instituit. ut in sūpti-
one corpis ⁊ sang̓nis xp̄i doceat᷑ esse pfecta r̄fectō.
q̄ȧ sicut p ceteris cibis ⁊ potibꝫ corpalibꝫ. panis co:
homis cōfirmat. ⁊ vinū co: homis letificat. ita cōp⁹
et sanguis xp̄i. p ceteis cibis ⁊ potibꝫ sp̄ūalibꝫ. intei-
orem hoīeꝫ reficiūt ⁊ sagınāt. vn̄ pocl'm tuū inebriās
quā p̄clarū est. in hijs eni duobꝫ plena cōsistit ⁊ per-
fecta r̄fectō. sic ipe testat᷑. Caro mea vere ē cibus.
et sanguis me⁹ vere ē potus. de hoc eē dicet᷑ in. vij.
ptic'la sup ūbo. Hic est calix. ❡ Certū panis debꝫ eē de
frumēto. vinūqꝫ de vite. ꝗ xp̄s semetipm̄ ꝯparauit
frumēto cū ait. Nisi granū frumēti cadēs in terrā.
mortuū fuei t ipm̄ solū manet. Et viti cū dixit. Ego
sū vitis vera. ipe etiā fuit racem⁹ in torculari crucis
p̄ssus vn̄ Isidor⁹. lxij. Vestimēta tua sic calcantiū i
torculari. porro nec racemus vue. nec gn̄ū frumēti.
debet offerri. nisi vel exp̄ssuꝫ in vinū vel redactū in
panē. ꝗ xp̄s ⁊ panē se dicit ⁊ frumēto se ꝯparat In
canone tamē aploꝝ in burcardo li. q̄nto c. siq̄s. ita
cauet᷑. Si quis ep̄s vel p̄sbit. p ter ordinacōeꝫ dn̄i.
alia quedā in sacficio offerat sup altaē. ⁊ mel ā lac
aut ꝓ uino sicerā. aut cōfecta quedā. aut volatilia.
aut aīalia aliq̄. aut ligumia. cōstitucōem faciēs de-
ponat᷑. de ꝫ dcm̄ ē sub ti. de oblacōe sacd̓otis. ❡ Nō
debet etiā in pane ipo poni sal. ꝗ̄uis quidā heretici
ꝯtra faciāt. ꝓpter illud qd̓ scriptū est. Quicqd obtu-
leris sacficij sali ꝯdies. ⁊ illud. Nō auferes sal fede-
ris dn̄i dei tui de sacrificō tuo ⁊ illd̓ In oīi oblacōne
tua offeres sal. Et in euāgelio. Oīs victia saliet᷑.
q̄ de sale discrecōis nō mateiali intelligunt᷑. ❡ Pa-
nis aūt hic format᷑ in modū denarij. tū ꝗ panis vite
pro denarijs traditus est. tū qꝛ idē denarius in vinea
laborātibꝫ in p̄miū dandus est. et in forma rotūda
ut dcm̄ est sb̄ ti. de oblacōē In hoc eē pane sepe scri-
bit᷑ nomē ⁊ ymago impatoris nr̄i. ꝗ p eū in yma-
ginē dei reformam᷑. ⁊ noīa nr̄a in libro vite scribunt᷑
nōnulli eē ibi agnū figurat. tū quia is q̄ immolat᷑
verus est agnus. tū etiā ꝓpter illd̓ qd̓ legit᷑. Exo.
xxix. Hec quidē facies in altai offerēs agnos iugit᷑
et vinū ad libādū in agno Panis ꝗ̄ nō fermētat⁹
sed azimus in sacficiū debꝫ offerri. tū racone facti.
tū racōe misteij. Scriptū nāqꝫ ē in exo. p̄mo mēse
et. xiiij. die p̄mi mens̄ ad vespaꝫ. comedetis azima
vsqꝫ ad diē. xx. p̄mā eiusdē mēsis ad vespam. Itē
septē diebꝫ fermētatū nō inuenie᷑ in domibꝫ vr̄is.
Itē qui comedeit fermētatū pibit aīa eius de cetu
isrl'. Item oīe fermētatū nō comedetis Itē in cun-
ctis habitaclis vr̄is comedētis azima. Cū g̊ xp̄s
die. xiiij. p̄mi mens̄ ad vespaꝫ cenaueit cū discipl'is
et agnū paschalē comedeit. ⁊ vtiqꝫ ritu legali cū
azimis panibꝫ ⁊ lactucis agrestibꝫ. cōstat ꝙ ea hora
fermētatū nō inueniebat᷑ in domibꝫ hebreoꝝ et ita
panē azimū in corpus suū absqꝫ dubio cōsecuit. Cū
eni fermentū corrupcōeꝫ sig̃ficeꝫ. vn̄ scd̓ꝫ apl'm. Mo-
dicū fermēti. totā massam corrūpit. ut nichil corru-
ptū vel corrūpens. sed totū sincerū atqꝫ sincerās in
hoc esse sacm̄eto mōstret᷑. Nō fermētatū sed azimū
cōsecram⁹ Iux̄ illud apl'i. Pascha nr̄m immolatus
est xp̄s itaqꝫ epulem᷑ nō in fermēto vetei. ꝫ in azi-
mis since. ⁊ veitatis. Greci tn̄ in suo p̄sistētes erro-
re. de fermētato cōficiūt. latinos azimitas vocātes.
cū ipi verius fermētarij valeāt nūcupari. Dicunt
eni in pasceue lunā. xiiij. extitisse in qua ver⁹ agn⁹
est immolatus. ut legis impleret᷑ figura. que. xiiij.
luna. p̄mi mensis paschalē agnū iusserat immolari.
Dn̄s igit᷑ eo die se passurū esse p̄noscens. in p̄cedē-
ti vespa necc̄itate duct⁹ āticipauit comedē pascha
Et ꝗ tūc licite poterat comedē fermētatū Ideo et
ipi corpus dn̄i de fermētato cōficiūt. Dicūt eē ꝙ cū
btā ūgo maia pregnās fuit de sp̄ū scō. recte per fer-
mentatū sig̃ficat᷑ dn̄i incarnacō. ꝓpter virginei
vteri timorē. Sed r̄nderi potest ꝙ nō offerimus in
sacficiū ūginis vteꝝ. nec ille est ad tūssubstātiādū
necessarius ꝫ fides ⁊ dei verbū. ❡ Sed nūquid cōfi-
cit qui fermētatū vel azimū siml' ⁊ fermētatū hodie
apud nos sacficat. Et videt᷑ ꝙ non. cū xp̄s azimū
cōsecueit q̄n sacm̄entū instituit. ut dcm̄ est. ꝑterea
ut iā dicet᷑ eccl'ia a btīs petro ⁊ paulo. hūc sacrificij
ritū accepit. Quidā tn̄ ꝯtradicūt p̄sūim si negligen-
tia ūl' ignorātia hoc facit nā ⁊ legit᷑ in leuitico offe-
retis panes fermētatos cū hostia grāꝝ que offeret᷑
pro pacificis. Itē in penthateuco legit᷑. Offeretis
panes p̄mitiaꝝ. de duabꝫ decimis. fermētate simu-
le ⁊ mltis cū fermētato sacficātibꝫ eccl'ia cōmūcat.
❡ Sequit᷑ eleuatis oclis in celū ⁊c̄. P et ꝫ ꝙ xp̄s
oclos in celū leuauit. insinuat nob̄ se hr̄e a p̄re. qd̓
habꝫ. ꝙ qꝫ in p̄ncipio nroꝝ operū debem⁹ dirigere

mentis oclos ad dn̄m. tanq̄ȝ ad actorem omniū operum bonorum. Item p hoc ꝙ oculos ad celū leuauit ⁊ patri gracias egit. docuit nos ꝙ semp patri supplicare debemus. vt hoc tanq̄ȝ magnū sacr̄metū p man⁹ nostras pficere dignet̄. ¶ Hic aūt tria cōmeorāt̄ q̄ nullus euāgelistarum describit videlicȝ. Eleuatis oclis in celū ⁊c̄ usq̄ȝ discipłis suis. Itē etni testamti. Item misterium fidei. Quis ḡ tante audacie extitit vt h̄ de corde suo tēptaueit interponē. Sane formā istam v̄borum ab ipso xpo accepert apli. ⁊ ab ipsis eccl̄ia. multa quidē tam de verbis q̄ȝ in factis dn̄icis ꝓpter breuitatem ptermiserūt euāgeliste q̄ tn̄ apli suppleuerūt. vt est qd̄ apłus ait i epl̄a ad corinthe. Visus ē plus q̄ȝ qn̄gētis fratribȝ simul. dein̄ visus ē ⁊ iacobo dein̄ apłis oibȝ Nouissime aūt tanq̄ȝ abortiuo visus ē ⁊ michi. Nam ⁊ inter ipsos euāgelistas q̄dam omittūt̄ ab vno q̄ supplēt̄ ab alio. Vn̄ cū tres euāgeliste cōmeōrent hoc est corpus meū. solus lucas adiecit qd̄ ꝓ uob̄ tradetur. ⁊ cum mathe⁹ et marcus dicāt ꝓ mltis. lucas dic̄ ꝓ uob̄. ȝ matheus addidit in remissionem pccorum Seq̇tur gratias agēs ⁊c̄. Hic colligit̄ vn̄ sacr̄ficium laudis dicat̄. Dicitur enim hic ꝙ xp̄us gr̄as agens illud instituit. Gr̄as aūt agebat nō ꝓ se ȝ ꝓ nob̄ id ē ꝓ repacōe omniū sit futura. de hoc dictū est in scd̄a pticula sup v̄bo ꝓ quibȝ bn̄dixisti ⁊c̄ bn̄dixit eni bn̄dictōne celesti ⁊ virtute v̄bi. qua cōūtit̄ panis in sb̄am corpis xpi. s. hoc est corp⁹ meū. Et in ꝓlacōne hui⁹ verbi fit crux sup panē. q̄ siḡficat ꝙ xp̄us passus ē etiam in natura. tot⁹ enim passus est ⁊ scd̄m animā ⁊ scd̄m corpus. vt dicet̄ in. xi. pticula sup verbo ⁊ pstas ut totū hominē redimēt. Quia eni xp̄s accepit panē ⁊ calicē in scās ac venerab̄les ma⁹ suas. vtrūq̄ȝ bn̄dixit. ideo sacerdos xpi exemplo. panē ⁊ calicem in man⁹ accipiēs vtrū q̄ȝ p se crucis siḡculo bn̄dixit que due cruces innuūt tēp⁹ cene ⁊ tēpus gracie. in qua duo pietes in angulari lapide cōiūgunt̄. vel ꝙ gigas gēme sube crucifigit̄. Cū aūt ad ꝓlacōnem verborum istorum. Hoc est corp⁹ meū. hic ē sanguis me⁹ sac̄dos cōficiat. credibile iudicat̄ ꝙ ⁊ xp̄us eadem verba dicendo cōfecit. Verum cū dn̄s p̄us fregerit q̄ȝ cōsecrauit videt̄ ꝙ eccl̄ia que p̄us cōsecrat q̄ȝ frangat. aliter agit q̄ȝ xp̄us egerit ⁊ sic peccat. qm̄ eius actio nr̄a dȝ ēe instructō. Sup hoc dixerūt q̇dā ꝙ xp̄s post bn̄dctōnē ⁊ cōūsionē fregit nā tūc cōfecit cū bn̄dixit lr̄aȝ hoc ordine cōstruentes. Accepit panē ⁊ bn̄dixit sb̄audiēdū est dicēs. hoc est corp⁹ meū ⁊ tūc fregit et dedit. ⁊ ait. Accipite et cōmedite. et iterauit h̄ est corp⁹ meum. Prius ḡ ꝓtulit hec verba vt eis vim cōficiēdi tribuet. dein̄ ꝓtulit eadem. vt apłos formā cōficiēdi doceret. Alij dixerūt ꝙ etiā xp̄us p̄us fregit q̄ȝ cōsecraueit. nā p̄us benedixit ⁊ postea fregit. demum ꝓtulit verba illa Hoc ē corp⁹ meū ⁊c̄ ⁊ tūc dedit et scd̄m hoc et sacr̄metum cōfecit et formā instituit post bn̄dictōeȝ cū dixit. hoc est corpus meū intelligentes illā bn̄dictōeȝ fuisse. vel aliqd̄ signū qd̄ sup panē impressit vel aliqd̄ v̄bum qd̄ sup panē expssit q̄bȝ illud videtur obsistere ꝙ p̄us fregit q̄ȝ dixit hoc est corp⁹ meum. nec est etiā credibl̄e ꝙ p̄us dedeit q̄ȝ cōfecerit. Sane dici potest ꝙ xp̄us virtute diuina nobis occulta p̄mo cōfecit et postea formā expssit sub q̄ua posteri bn̄dicūt. Ipe nāq̄ȝ virtute ꝓpa bn̄dixit. nōs vero ex illa v̄tute quā indidit verb̄. Cum ḡ sac̄dos illa xpi verba ꝓnūtiat. Hoc est corp⁹ meū et h̄ est sanguis meus. panis ⁊ vinū in carnē et sanġnem cōūtunt̄ illa verbi virtute qua verbū caro factū ē ⁊ habitauit in nob̄. qua dixit ⁊ facta sūt. mādauit et creata sūt. qua feiaȝ muauit in statuā et virgam cōuertit in colubrē. qua fontes mutauit in sanġnē et aquā cōūtit in vinū. Nam si verbū helie potuit ignē de celo deponē. nōne verbū xpi poteit panē in carnē mutare. certe mai⁹ est de nichlo creare qd̄ non est q̄ȝ qd̄ ē in aliud tr̄sm̄ure. ⁊ incōpabl̄r mai⁹ est. ꝙ deus ita fact⁹ ē homo. ꝙ nō desnt esse de⁹ q̄ȝ ꝙ pais ita fit caro ꝙ desinit esse panis. Illud p incarn̄tionē semel factū est. istud p cōsectionē iugit̄ fit. Ad ꝓlacōnē ḡ verborum. panis diuinit⁹ tr̄substatur in carnē diuina enim materialis hui⁹ sacrificij sb̄a est verbum. qd̄ accedēs ad elemtū pficit sacr̄metū. sic v̄bū carni vnitū efficit hominē xpm. ¶ Notādum autē est ꝙ in corpe xpi xij. miracl̄a cōsiderāt̄. de q̄bus expssa reddi racō nō potest. licet similitudinarie racōes ad hoc desuiāt. Primū est q̄ȝ panis ⁊ vinū tr̄sb̄stātiant̄ in corpus et sanġnē. de quo iam racōes posite sūt. Alia etiā racō huic deseruit. q̄ȝ et cibus ⁊ potus corpalis fit caro ⁊ sanġs mediāte natura. multo ḡ forcius ipa natura. s. deus immediate facere potest ꝙ panis cōūtat̄ i corp⁹ suū ⁊ vinū i sanġnē. Scd̄m est ꝙ quotidie panis tr̄sb̄stantiat̄ in corp⁹ ⁊ nullum fit augmētū in deo. Racō huic desuit quia et si scio aliqd̄ secretū qd̄ pluibȝ maifesto. licȝ illud om̄es illime reuelāte sciant. tn̄ in me solo siue in m̄te mea nullū ꝓpter h̄ fit augm̄tū. Tereiū q̄ȝ quotidie sumit̄ et cōmeditur. nec aliq̄ fit eius dimmucō. racō q̄ȝ si de lumine meo lumīa mille sumātur. nil deperit in meo nam ⁊ vidua sareptena cōmedebat. et nūq̄ȝ diminuebat̄ forma de ydria. nec oleū de lechito. Quartū ē q̄ȝ indiuisibl̄e diuidit̄ et i q̄libȝ pte eukaristie tot⁹ et integer r̄manȝ. racō in speculo in quo aliq̄d repn̄tatur. et si diuidat̄ p partes in q̄libȝ pte idē repn̄tatur vt dicet̄ in seq̄nti pticula sup verbo. simil̄i mō Q̄ntū q̄ȝ a criminosis suptū nō coinq̄nat̄. racō quia nec sol tr̄siens sup loca fetida coinq̄nat̄. Sextū q̄ȝ corpus xpi qd̄ est cibus vite. pctōribȝ est mortale ut dcm̄ est in ꝓhemio hui⁹ ptis. idem q̄ȝ ⁊ infirmis et debilib⁹ corpe. bon̄ cibaria v̄t capoēs et bon̄ vina sūt nociua. Septimū q̄ȝ suptū a sac̄dote et quolibet alio ore clauso in celū rapit̄. vt iā dicet̄ sup verbo. accipite. racō q̄ȝ de corpe v̄ginis incōrupte xp̄us exiuit. qui etiā de monum̄to clauso s̄rrexit. cū sit res simplicissima. et ostio ēē clauso in locum vbi erant discipuli intrauit. Octauū cū sit corp⁹ immēsū. ⁊ in tam pua hostia stat. racō q̄ȝ et puppilla oculi q̄ minima ēst magnū mōtē apphendit. Nonū q̄ȝ idem corpus totū simul in diu̇sis locis cōsistit ⁊ a diu̇sis pcipit̄ ⁊ videt̄. racō q̄ȝ ⁊ verbū homis sel̄ ꝓlatū iux̄ vocis naturā. totū simul est in auribus diuersorum. Preteā q̄ fecit corpus ⁊ locū vtrūq̄ȝ facit in altero esse vt vult Rursus luna et sol ⁊ lumen in diu̇sis locis et adu̇sis videt̄. Decimū q̄ȝ pa ē tr̄sb̄stātiato remanēt accidentia panis scȝ pondus color ⁊ sapor. Racō p silitudinē deficit hic vt dicet̄ sup verbo. fregit. Vndecimū q̄ȝ sb̄ specie panis est et sumit̄ corpus ⁊ sanguis xp̄i. ymmo totus xp̄us. silit̄er sub specie vini est ⁊ sumit̄ vtrūq̄ȝ et tn̄ nō est ibi duplex suptio corpis et sanġnis xpi. Racō q̄ȝ licȝ in vno prādio cōmedā an̄ potū ⁊ post nō tn̄ dicor bis prādere et de hoc dicet̄

